



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Vita P. Iacobi Laynis Secundi Societatis Iesv Generalis  
Alphonsi item Salmeronis Vnius in primis decem Socijs**

**Ribadeneyra, Pedro de  
Coloniae Agrippinae, 1604**

Liber Tertivs.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-11740**

# I A C O B I L A Y N I S

Societatis IESV Præpositi Ge-  
neralis ab Ignatio Pro-  
ximi.

LIBER TERTIVS.

*In Galliam à Pio mittitur*

LAYNES.

CAP. I.



Egatum ea tempe-  
state Pius I v. in  
Galliã mittere cõ-  
stituit Hippolytum  
Cardinalem Ferrar-  
riensem, qui ob sin-  
gularem prudẽtiam, natalium splen-  
dorem, & Gallicæ in Italia gentis pa-  
trocinium, Carolo regi eius nominis  
nono. Matriq̃ue Catharinæ Medicæ,  
iuxta carus, acceptusq̃; erat, quo na-  
tum istic bellum intestinum, & Cal-  
uinianæ laxis incendium initio pius  
parens pro virili restingueret. Co-  
mitem



1561.

I mitem Cardinali qui Hæreticorum calumnias, cum res daret refelleret LAYNEM Theologum egregiū addidit. Roma digrediuntur Cal. circiter Quinct anni 1561 licet cœli æstus, annique hora à profectioe deterre- re quietemq; flagitare videretur. LAYNES, ad hoc quod cœlestium flagraret amore, in Italiæ oppidis qua iter haberet frequenter concionabatur, eo labore, itinerumq; & æstus incommodis Ferrariæ grauem in morbum ad medicorum desperationem incidit. Mox DEO bene iuuante, confirmata statim valetudine, Galliam cum Hippolyto saluus incolumisq; ingreditur. Regina tū, Caroli Regis, cuius tutelam gerebat, auspicijs, ad conuentum Proceres Gallix Pofsia- cum, non procul à Diui Germani vocat, vt de pace positis armis civilibus, deq; religione maiorum, illic retinenda agerēt. Venire eodem (quis credat) nobilium quorundam factio- ne, atque præsidio è Gebennicis ausi Theodorus Beza Gallus, & Petrus Martyr Italus, ceteriq; pestilentis ca-



thedræ ministri, quod quidem de re-  
 ligione colloquium Pofsiacense, post  
 hominum memoriam perniciosissi-  
 mum, vt iam tum LAYNES animo  
 prouifum prædixit. Seminarium ex-  
 titiffe feditionum bellorumq; ciui-  
 lium, & Sectarum quæ ad hanc diem,  
 difseminatæ, regnum cætera florētif-  
 simū, & pietate olim Christiana, cla-  
 rissimum, tantum non funditus euer-  
 terunt; prudentes homines obserua-  
 runt. Magnum sane LAYNI pijsque  
 omnibus is conuentus dolorem attu-  
 lit, vt temperare sibi non potuerit,  
 quin bona reginæ venia, animi sen-  
 sum atque mœrorem, habita hac  
 Italico sermone vehementi atque  
 diferta oratione, publice testaretur,  
*si ea duntaxat serenissima Regina, hoc  
 conuentu agerentur, quæ Gallici regni  
 propria, ad reliquos nihil attineret, &  
 ad Reip. regniq; administrationem tan-  
 tum spectarent, silentium equidem mihi  
 libens indixissem. Platonis consilium se-  
 cutus. Quo exterum ac peregrinum ho-  
 minem in aliena Rep. vetat esse curio-  
 sum.*



sum. Neq; Hispanus de Gallicis rebus iudicare auderem, in tanta Principum, & Episcoporum, doctissimorumq; hominum quos huc confluisse video, corona, nisi enim ineptus atq; imprudens rerum haberi vellem. Verum enimvero cum in praesens videam, de religione maiorum ac fide (qua vna omnium gentium est, & Catholica, & Romana, ideoque ad omnes orbis terrarum incolas, & Regna ex aequo pertinet) de communi profecto omnium causa agitur: & officium est filij non ingrati, Matri laboranti Ecclesiae Catholicae omni ope praesidioq; succurrere. Quamobrem me, ut arbitror, hodie no die, nemo, iure exterum licet hominem reprehendet, qui communem omnium Christianorum causam pro virili defendendam suscepi, ut enim nullus est apud Deum personarum respectus, sic & in sponsa eius ecclesia, nullum discrimen Graeci aut Hebraei, Itali, aut Hispani, Indi, aut Europaei, equidem serenissima regina, & vsu rerum & varia librorum, potissimum vero sacra scripturae lectione



cōperi, periculosum & plenum esse opus alee  
 & damno obnoxium, cum ijs colloqui  
 vel auscultare, qui ab Ecclesia Catholica  
 matris nostrae gremio sponte exciderunt  
 & deprauatarum sese opinionū laqueis  
 vltro induerūt, ac veluti transfuga à re-  
 ligione maiorum descuerunt. Nec enim  
 temere illos in sacris literis diuinus spi-  
 ritus passim, nunc serpentes, nunc lupos,  
 interdum vulpes, nonnunquam & feras  
 appellare consuevit. Serpentes quidem,  
 qui visu enecant, & euomunt venena,  
 lupos item rapaces in vestimentis ouium  
 obambulantes vt dominicū gregem dis-  
 sipent, atq; dilanient. Vulpes astutas qua  
 Vineam domini suffodiant. Belluas deni-  
 que crudelitate immanes, quae partim  
 vi partim dolo, malisq; artibus, Dei do-  
 num euertere nituntur. Hinc scriptura  
 ait: Quis miserebitur incantatori à ser-  
 pente percusso, & omnibus qui appropriat  
 bestijs. Quae cum ita sint duplex mihi in  
 his malis consilium atq; remedium pu-  
 blice profuturum, venit in mentem, cer-  
 tum alterum, alterum non perinde tu-

Eccl. 12.

tum



tum, in utroque vero illud persuasum cupiam, neque tibi Regina, neque Principi seculi huius, fas esse, fidei res controuersasque tractare: id enim, potestatis à Deo illis commissæ fines excedit, qui regnorum Prouinciarumque administratione, ius suum cuique ex aequo & bono tribuendo continentur. Sacerdotum nimirum id munus, Episcoporum id officium est, Fidei causas controuersasque disceptare, legem diuinam interpretari ac diiudicare. Cumque res ardua per se, difficilisque periculi plena sit, Fidei Religionisque censor, ad Pont. Max. Ecclesie caput, & generale concilium, quale nuper Tridenti, cogi cœpit, dubia & controuersa de quibus ambigitur, omnium seculorum auctoritatibus referri, & debent, & solent. Et uero in Basiliensi concilio cautum fuisse ac-

Sess. 15.

cepimus, ne dum generale concilium cogitur, sex ante mensibus in Prouincijs priuatae synodi, conuentusque agantur. Optimum itaque factum, si qui forte (ut esse inuitus animaduerti) in Gallia regno deprauatarum opinionum Zizania, in



agro Domini disseminare temere audet,  
 aliudq; Euangelium promulgant contra  
 scriptum & traditum Dei verbum, praeter  
 Apostolorum doctrinam, & contra  
 sanctissimorum hominum sensum, au-  
 thoritatemq; scripturam recte interpre-  
 tantium, in Tridentum ad conciliū, pridē  
 indictum & nunc instauratum, tanquā  
 ad legitimū tribunal mittantur. Illi  
 enim doctorū hominum, totius Europa  
 flos, Episcoporum, Theologorum, & iura  
 consultorū, veluti in Panegyrim confluit,  
 & quod rei caput est, Spiritus sanctus  
 praesto Concilijs adesse, sanamq; patrum  
 aggregatis doctrina veritatē suggerere,  
 consuevit. Pōtifex, ne quid dubitent, cō-  
 meatum illis, fidemq; publicā, vt tutis il-  
 lis Tridenti esse liceat, dabit. Illic discent,  
 quae ignorant: Error eripietur, nisi pertinaces  
 resistent veritati, lumenq; cecitas  
 reijciant. Alterum vero non perinde tu-  
 tum remedium tollendo ex agro Domini  
 hereticorum lolio, videtur, vt si Triden-  
 tum proficisci recusent, forumq; defugiant,  
 ad Episcopos Galliae mittas, qui, ad-  
 hibere



hibitis Theologorū doctissimis, docebūt,  
 quæ vera sit Ecclesiæ fides, quæ auctoritas  
 scripturæ: nullis tamen admissis, ad hanc  
 disputationem præter quam Ecclesiasti-  
 cis: ne ut fieri amat, imperitum vulgus  
 venenū audiendo citius bibat, quam re-  
 medium. Cancer enim hæreticorū sem-  
 per serpit: Quos quidem Episcopos si au-  
 dire detrectant dic Ecclesiæ: quam si non  
 audiunt, sint tibi veluti Ethnici, & pub-  
 licani. Hæc si seruare velis, (velle autem  
 debes) magna te molestia liberabis, &  
 Gallia regno olim florētissimo, regū Chri-  
 stianissimorū exemplo, optime consules.  
 Causa iam perorata, ad hæreticorum  
 fallaces captiūculas, quibus imperi-  
 tæ plebis animos inescare, atq; irreti-  
 re solent, diluendas, curā, cogitatio-  
 nemq; conuertit. Vnum de multis ar-  
 gumentis acute ab illo, & perspicue  
 cōclusum adferā. Afferere enim ausi  
 sectarij, si Missa, cruēti illius in cruce  
 sacrificij figura esset, in hostia simul  
 figuratum Christū esse minime posse.  
 Sophisticā hanc captionē apta simili-  
 tudine sic elusit, ac refellit LAYNES

G S Rex



Rex potentissimus ditionis suae urbem obsidionem, collecta manu, fuis hostium frangat, copijs liberat, victor, & triumphans ingreditur. Liberos ciues campo frui promittit, non alia mercede, quam, ut quotannis frequens eius victoria memoria exstet: quae triplici ratione celebrari potest: vel assidua praedicatione ad posteritas transmissa, seu historiarum monumentum memoria prodita: vel ludis & imagine belli, quam identidem milites, ducesque representent: vel denique, quae ratio ceteris longe praestabilior, celebriorque videtur, si Rex ipse praesens ludos, imaginemque partem a se nuper victoriae exhibeat, spectandamque ostendat civibus. Idem profecto in missa incruento sacrificio vsu venit: Memoriam enim mortis Christi, crucis ac cruciatuum exhibemus, quibus hominem in libertatem asseruit Deus, ac demonem generis humani hostem victum superavit: qui princeps huius seculi mundum cinxerat, in suamque potestatem poene redegerat. Christum quoque saluatorem constat, ut hostiam viuam, & propitia-



pitiationem pro delictis hominum Deo  
 patri à sacerdotibus quotidie iã inde ab  
 initio nascentis Ecclesie, reuera offerrè  
 solere. Profligata iã de Fide quæstione  
 reges iterum allocutus L A Y N E S,  
 serio hortatur ne posthac huiusmodi  
 sectariorũ colloquia, reip. pernicio-  
 sa, patiantur: non enim iudices illos  
 à Deo religionis constitutos, sed E-  
 piscopos, sed Ecclesiam, eiusq; caput  
 Pontificem maximum. Periculosam  
 item, ideoq; interdictam iam inde à  
 Theodosio Imperatore pio, cum hæ-  
 reticis disputationẽ, atq; colloquiũ:  
 deuitanda itaque, & fugienda. Ad hæc  
 vna fide Catholica, regna atq; impe-  
 ria in officio contineri, iusq; recte  
 administrari: Catholicos Principibus  
 dicto audientes obtemperare: hære-  
 ticos contra factionibus atque sedi-  
 tionibus, optime constitutas respub.  
 euertere. Eius rei si exempla require-  
 rent (ne lógius abirèt, memoriãq; an-  
 naliũ replicare vltimã necesse esset)  
 finitimarũ Germaniæ gentiũ exẽplo  
 docti saperent. Si forte regnandi cu-  
 piditate.



piditate Dei causam negligenter, si-  
 demq; maiorum, ut plus equo Politi-  
 smo dediti solent, desererēt, etiā atq;  
 etiam viderēt, ne regno quoque ipso  
 aliquando exciderent: quod Religio  
 Christiana, atque catholica norma  
 sit, & regula legum, regnorum, pacifi-  
 que publicæ. Vehementi hac oratio-  
 ne, firmisq; lateribus LAYNES, fre-  
 quenter etiam, iterare: fufis interdū  
 in dicendo lacrymis, quas & audito-  
 ribus excuteret. Reges consilium se-  
 cuti, hæreticorum id genus conven-  
 ticula, legibus prohibēt: tamen si non  
 deessent iam tum ea tempestate poli-  
 tiæ, quam Christi studiosiores, qui po-  
 testatē sectarijs concionandi incauti  
 faciendam iactarent; hoc colore: ni-  
 mirum ut semel virus omne euome-  
 rent: mox veram doctrinam Catholi-  
 corum cōmodis hausturi. Quasi vero  
 nō præfracti illi pertinacius obdurēt,  
 aliosq; auditi in perniciem adducant.  
 Rogatus itaq; nō raro à Principib. vi-  
 ris, hisce ut colloquijs interesse ne gra-  
 uaretur, & cōcionibus, quo refelleret  
 prōptius; à se nō est passus impetrari.  
 quod



quod veri Catholici officium esse negaret, sermonem cum illis habere communem, ne aue quidem illis, si obdurarent esse dicendum.

*Lutetia Parisiorum qua gesserit.*

CAP. II.

**L**Utetiam inde profectus, pijs veteranos adderet in religione maiorum retinenda, misso omni novarum rerum studio, concionatus crebro est Italico sermone Aduetus tempore anni 1561. in D. Augustini æde: quæ res publicè Catholicis, qui frequentes aderant, confirmandis, hæreticis verò, qui primum irridendi gratia accesserant, in viam reuocandis utilis fuit: magna est enim in omnem partem veritatis vis. Gallice item in virginum Deo cōsacratarum templis differuit, tametsi linguæ illius nō satis peritus, pertinaci tamen studio, iuuandæ Ecclesiæ zelo adductus, euicit, didicitq;. Controuersias illic, & quæ ab hæreticis in dubiū vocari solēt exponere, piosq; cōfirmare

G 7 cœpit.



cœpit. Ad fructus dignos penitentię,  
omnes hortari, precationemque affi-  
duam, quę iratum Deum placaret,  
auerteretque ciuiliū bellorum, se-  
ctarumque nascentium flagella, me-  
rito nostro immissa. Religiosorum  
hominum familias lustrare, præposi-  
tos appellare: rogare, quã vita, quã  
doctrina ciuibus præirët, & precibus  
fasis penitentiãque Deum propitium  
reddere conarentur; collegia ad hæc,  
vt sunt Lutetię quamplurima, obire  
diligenter. His qui regerent, quatuor  
potissimũ in mandatis dare. Primum  
ne quem adolescentem, doctoremue  
moribus infamem domi paterentur;  
De hinc ne quem discipulorum con-  
ciones hæreticorum audire sinerent.  
Tertio, si quẽ hæretica labe infectum  
nosset, iisdem in ædibus degere non  
sinerent. Denique vt sacras quotidie  
preces funderent, Deum precati pro  
felici Gallici regni statu. Ecclesiastas  
quoq; precipui nominis hortabatur  
in Domino, verbi Dei gladio forti-  
ter pugnarent, sectariorumq; vt cœ-  
perant causam iugularent; modera-

tionem



tionem tamen adhiberent, prudentiamque afferrent in concionem; ne tanquam seditiosi homines hæreticorum more male audirent. Idem Sorbonici gymnasij, lōge disciplinis ingenijsq; clarissimi doctoribus consilium dedit, difficillimis illis temporibus talētum à Deo creditum humine defoderent: Parochis auctor fuit, ignavia ne languerent, aut steterent; sed vt canes pro domo Dei latrarent, lupos à grege arcerent, ne bonam causam præuaricando, aut tacendo deseruisse viderentur. Darent operam, vt crimine vacarent, potissimum verò libidinis, atque auaritiæ: quæ duæ vitiorum pestes sacris hominibus summa adferre dedecus soleāt. Senatores item, vrbisq; Præfectum inuisere: hortari in religione maiorum, iureque administrādo constantiam adhiberent, & si saluā rempub. vellent, eos, qui Catholicam fidem tuerentur, omni ope, præsidioque iuarent. Hostes non metuere, licet armati obambulant, & gladium iugulo intētarent. Pedibus etiam sæpe nocte

nocte



nocte media iter facere per sylvas au-  
 fus, admirāti Polanco itineris comi-  
 ti, quod pericula non defugeret, recti  
 conscientia fretus, subridens respon-  
 dit: *Pius, inquit, mortem non timet,  
 quin exoptat potius. Næ ille igitur felix,  
 cui pro Dei causa mortem fortiter oppo-  
 nere datur.*

*Lugdunum socios retinendæ religionis  
 maiorum gratia mittit.*

## CAP. III.

**N**ON disputationibus tātum ge-  
 sta res, sed & ferro, armisque  
 grassati hæretici, pios incautos, ac  
 meticulosos opprimere cæperāt; ni-  
 hil nõ aggredi, vt religionem maio-  
 rum, pacem, remq; publ. vexarent, &  
 si possent euerterent. LAYNES ma-  
 lo nascēti, pro viribus occurrēdū ra-  
 tus, ne, si inualesceret, tolli, vt solet,  
 ægre possset; huc cogitationes omnes  
 retulit, pijs vt in Gallia laborantibus  
 ne deesset. Collegia itaque Gallia,  
 tenui licet origine, publici tamē com-  
 modi gratia, vltro admisit. Deo, cu-  
 ius res



ius res ageretur, cetera, quæ ad victum, cultumque corporis pertinerent, curæ fore; qui suos pascit perbenigne. Serpere iam latius malum hoc coeperat, eaque loca Gebennitis finitima (è qua veluti lerna malum omne propagatum) armis occupare tentarunt, quando argumentis captiosis res è sententia non processisset: armis etiam victi ad inferorum artes, pestes atque venena confugiunt. Anno itaque 1562. Galliam ita vastarunt sectarij, ut vrbibus, pagisque ex insidijs captis, expilarint, incederint, trucidarint, vastarintque omnia: templa profanata, Monasteria etiam solo æquata. Horret animus meminisse, non modo referre, quæ flagitia patrare tunc ausi homines perditissimi & profligati. Missi itaque à LAYNE Lugdunum Segusianorum, emporium Galliae frequens, Rhodano flumini adiacens, socij duo, Emundus Augerius, homo Gallus, & Antonius Possevinus Italus: quorum opera, diligentiaque, labente, ac pene ruente republ. Religio maiorum stetit, ac restitit perduellium



lium furori, rem vt gesta est eo con-  
 filio libentius referā, vt si nostra tem-  
 pestate tumultus, cædes, bellaq; inte-  
 stina orta sunt, nihil noui accidere  
 existimemus. Is enim historiarū fru-  
 ctus est vberimus, vt præteritarū re-  
 rum memoriā, cum presentib<sup>9</sup> com-  
 ponentes, solari nos ipsi in aduersis  
 possimus: neq; si male nūc, & olim sic  
 fore. nec enim abbreviata Dei man<sup>9</sup>,  
 vt qui tum Ecclesiā, quā perpetuo de-  
 fensurū se ꝑmisit, liberauit, deinceps  
 tueri nō possit, aut velit: sed hoc aga-  
 mus. Perduelliū, factiosorumq; ho-  
 minū maior tum Lugduni numerus,  
 q̄ Catholicorum fuit. Socij tamē affi-  
 due concionādo, hortandoq; pijs ani-  
 mos addere, ac cōfirmare; deiq; præ-  
 sidio tuti, media inter hostiū tela in-  
 gulis intenta, ambulabāt: moleste id  
 ferre aduersarij, furijsq; agitati, mor-  
 tem nō minitari solū, sed moliri etiā  
 conati. Tumultu tandem ciuili victi  
 pij ciues vrbe exacti sunt: bonisque  
 exuti, exiliū sibi indixerunt. Socij ad  
 necem quæsi, nobiliū aliquot, bono-  
 rumq; opera salutem fuga repererūt.

Emun-



Emundus Valentiã Cauarum se rece-  
 pit: quę vrbs & ipsa Rhodano immi-  
 net, Lugdunum inter, & Auenionem  
 sita. hanc etiam vallo, fossaq; cinxe-  
 runt hæretici: Emundo concionante  
 post nõ diu proditione vrbs occupa-  
 ta, in hostium venit potestatem. Præ-  
 fectum vrbs virũ nobilem iuxta, ac  
 pium, Moreclodriini nomine, ex eque-  
 stri S. Michaelis ordine, è domus fe-  
 nestra strangulatũ immanes illi, cum  
 insignibus suspendunt. Emundũ cap-  
 tum in custodia habent: crux iam su-  
 spendio figitur: ecce tibi minister ca-  
 thedrę pestilentis, ducẽ perduellium  
 rogat, vitam Emundo largiatur, ma-  
 gnæ vt affirmat spei iuueni, magnoq;  
 vsui Synagogæ futuro, si ad suas par-  
 tes, sectamq; hortante illo transfret.  
 Sic laqueũ Augerius effugit, & equo  
 nobilis viri fuga dilapsus sibi confu-  
 luit, Lugdunum mox reuertit: quæ  
 vrbs pactis cum Rege Carolo indu-  
 cijs, armis positis Regi tum pare-  
 bat: maior tamen, vt sectariorum  
 adhuc copia esset. Emundus vitæ  
 prodigus, mortisq; periculis nihil  
 deter-



deterritus, quoties suggestum concionaturus ascenderet, mortem toties oculis obuersari sensit. telis enim armati necem minitabantur, si vel leuiter in fidei controuersijs Calvinum perstringeret. diuina tamen prouidentia, ad maiora reseruatus saluus euasit, tempori enim seruiendum ratus de virtutibus, & vitijs verba facere, dum tetra illa tempestas in malaciam verteret. suscepto mox vrbis prefecto Catholico causam hæreticorum oppugnare, ac iugulare non destitit Augerius. Catholici ab exilio domum reuocati: animum illis in retinenda religione maiorum summa dicendi vi addidit, fremētibus interea sectarijs, sibi que indignantibus, quod cum integra res esset, Iesuitam (sic enim appellabant) non iugulassent. Possuin<sup>o</sup> similiter Italico sermone ciues, qui que ibidem negotiarentur per id tempus concionando confirmavit: iterum que hæretici armorū vi, quod nō satis ex voto res ipsis procederet, crescente in dies magis, magisque Catholicorum numero, illorum iam di-

minutis



minutis copijs, ad Sathanæ artes de  
 more confugiunt, extremaque ten-  
 tando, vel reipub. totius interitu cen-  
 sent. Pestis Gebennam populabatur:  
 inde vnguenta allata, ea arte effecta,  
 dæmonū credo inuento, vt (heu sce-  
 lus) seras portarum Lugduni, limina,  
 & postes, salui ipsi perduelles vnge-  
 rent, inficerentur verò qui attinge-  
 rent, domosque frequentarent. Sic  
 Catholicorum ædes potissimū inun-  
 xerant: at re cognita gliscenteque ma-  
 lo fuga salutem plerique inuenerunt,  
 opulentiores: triginta tamen millia  
 pestilentia extincta memoratur. Ve-  
 rum Dei benignitate factum, quod  
 est ad æternitatem memorandum, vt  
 in authores pestilens malū recideret:  
 plures enim sectarios peste perijsse  
 compertum est. Hic nō minus in cor-  
 poribus, quam in animis antea curan-  
 dis Emundi fides, vigilantiaque eni-  
 tuit, aures enim dare ritè confitenti-  
 bus, Eucharistiā item impertiri non  
 destitit, imbecilliores ciues in rebus  
 acerdis, pijs alloquijs erigere, ad pa-  
 tientiam excitare, pharmaca, & ali-  
 menta

menta



menta egentibus ne deessent, & cada-  
 uera ne insepulta iacerent curare, ni-  
 mirum summo in reipub. discrimine  
 opinione maiores illi Deus vires, ve-  
 solet, sufficere visus, gratesque illi  
 publice actæ vitæ auctori, cui placi-  
 tum socios opportuno maximè tem-  
 pore ciuitati ad interitum ruētī sub-  
 mittere: Emundum vt patriæ patrem,  
 animorumque parentem prædicare,  
 & tantum non in coelum laudibus  
 Lugdunenses efferre.

*Collegia in Gallia constituit.*

CAP. IV.

**I**gitur Ecclesiæ in Gallia laboran-  
 tis commodo Collegia sociorum  
 L A Y N E S, vt dixi, tanquã murum  
 pro domo Dei ex ædificari, tenui li-  
 cet subsidio, permisit. In his Turno-  
 nensis gymnasij hoc principium fuit.  
 Franciscus Cardinalis Amplissimus  
 Turnoni in oppido ditionis familie  
 suæ, quo erat Catholicæ religionis  
 zelo, prudentia item, rerumque vsu  
 singulari, acutè per id tēpus viderat,  
 quam



in sententiam Cōcilij Tridentini Patres decretum fecerant, præsentissimum iuuādæ Ecclesiæ remedium esse, ducto à tenera ætate initio, pias scholas pueris aperire, quibus pietatem cum litteris imbiberent, nimirū illud esse, quod vetus ille pōeta ait: *Serere arbores quæ alteri seculo profint.* permagni enim interesse reipubl. à teneris optima ab optimis doctoribus hauriri, idem Princeps è Philosophis sapientissimis hominibus acceperat. Gymnasium itaque ditionis suæ inquilinis, optimæque spei adolescentibus magno aere instituit, doctores summa vigilantia quæsit, eruditi quidem illi, sed non satis in retinenda maiorum fide constantes. E finitimorū enim libris deprauatarum opinionum venenum incautius haustum, pueris etiam clam (vt cancer ille perpetuo serpit) instillabant. tandem comperta, Cardinalis iratus, & indignabundus, quamuis aduigilaret ipsorum perfidia creditam sibi iuventutem corrumpi, magistros illos res sibi suas habere iussit: datisque

extem-



extemplo Lutetiam ad L A Y N' E M litteris, rogat, socios quamprimum mittat excolendæ iuuentuti, optimis & pietatis, & litterarum præceptionibus. His vnis fidere, præterea nemini, fixum iam sibi constitutumque esse, testatus etiam, quod res erat, hæc vnâ maxime idoneam iuuandæ Ecclesiæ Catholicæ rationem, nec aliâ videri. L A Y N E S, cui eandem Deus mētem iniecerat, socios non inuitus mittit, magni in Ecclesia Principis consilium, & authoritatem secutus. Socijs Emūdus Augerius, quasi noua Colonia primus ibi præfuit.

Ruthenense Collegium eodē tempore, consilioque institutum. Tholosanum item in Tectosagibus: quæ tum mirificè creuerūt, aduentu sociorum Pamierenſi Collegio pulſorum, idēq; hæreticorum vi, qui ea tempeſtate Galliam vniuerſam populati, graſſantes, ferro, igni, & cædibus omnia vaſtabant. Ioannes Pelletarius homo Gallus, verè pius, & in Dei cauſa tuenda, ardēs, ac vehemēs. Hic omnem illam Aquitaniæ oram concionibus

con-



confirmavit, nutantes erexit, hæreticorū furori restitit, pericula adiit, è quibus Dei beneficio, piorum hominum opera, tãquam ex Orci faucibus ereptus, mox in grauem morbum Tolosæ incidens, magno sui bonis omnibus relicto desiderio mortem obiit. Auenionēse per idem ferè tempus cōdi coeptum, vt & hic canes pro domo Dei excubātes in ipso Italiae ostio ne deessent. Et quamuis facta hic tempestas orta, calumnia quorundā, qui societatis vel nomē ipsum immane quantum, oderunt, confictis mendacijs, falsisq; adhibitis testibus, quibus nos aqua, & igni interdiceret, vrbe exigere, & traducere orbi studebant; factum tamen Dei benignitate, vt rei veritate, sociorumq; innocētia comperta, Palinodiā illi canere, hos in integrum restituere, superiorum iussu publicè sint coacti, qui palā læserāt. Collegium ad hęc Mauriacense Aruernorum prouinciæ Franciæ inchoauit iam tum Episcop. Clarimontanus, qui & Parisiense, & Billouien- se extruenda curauit.

H

Lugdu-



Lugdunensis Collegij exordia referre pretium operæ duxi: sanè non diuersus à Turnonensi euentus fuit. Ludum iuuentuti ciues ærarij sumptu aperuerūt, ne inter exoticas merces, quæ multæ importantur, ingeniorum cultus, studiaque iacerent. Mercurius enim mercibus, & eloquentiæ præesse credebatur, & Hermathena in gymnasijs dedicata. Ei ludo eruditum quidem virum, mercede conductum præficiunt, sed ad viri boni, ac pij personam fingendam apprime compositum. Catholicus enim videri, fucum faciens simulator ille volebat, quo incautam iuuentutem promptius falleret: latebat tamen sub ovina pelle lupo, infecerat iam nobilitatis, ciuiumque præstantiam liberos aliquot, tinxeratque hereseos macula, quo callidius, eo nocentius. Discipulis, cum ætate adoleuissent, ad reipubl. administrationem vocatis, personam ille deponere, cristas erigere, audaciam sumere: publicè etiam iactare ausus, atque ostendere hostem se capitalem eorum esse,

esse,  
sent  
stere  
tenta  
nis, q  
scipu  
cas.  
iuria  
allata  
quide  
nimo  
Lugd  
sario  
die. S  
mani  
tergr  
magi  
ues, r  
chite  
le, v  
Secta  
infel  
titi,  
nas d  
Itire  
factu  
cieta



esse, qui de religione maiorum bene sentirent: nemo tamen palam obistere, & loco, vt oportuit, derurbare tentauit, fauentibus eiusdem factionis, quorum iam autoritas esset, discipulis; vt similes habet labra lactucas. Deo tandem visum vindicare iniuriam reipubl. à flagitioso homine allatam, corrupta illa iuuentute, & quidem in meliore hominis parte, animo, fideque maiorum. Supplicatio Lugduni de more instituta, anniuersario, solenni que ritu, festo Eucharistie die. Sacerdos, qui hostiam diuinam manibus gestabat, domum illius prætergressus lapide petitus est, ex ludimagistri ædibus, accurrunt statim ciues, nec opinantem, vt tanti mali architectum, qui pridem audirent male, vulneribus confossum iugulant. Sectatores illius, & assec æ plerique, infelicem, & ipsi exitum (vt fit) fortiti, vel in crucem acti, meritas poenas dederunt; re itaque iuuentutis institutenda, in consilium delata bonum factum Lugdunenses iudicarunt societati, cuius propria ea ratio esset, vt



cum litteris ad pietatē pueros infor-  
maret, id munus publicè mandare,  
vt enim fontium aquæ salubriores,  
vitam potanti; corruptæ contra ne-  
cem adferunt: lac item nutricis, va-  
letudini prodest, sic & ludi litterarij  
salutem reipub. vel pestem adferunt,  
L A Y N E S per litteras à senatu ro-  
gatus socios doctores extemplo mi-  
sit: Collegium tamen Lugduni Fran-  
ciscus Borgia præpositus Generalis,  
constituit: primæque regendi partes  
Gulielmo Critoni, homini Scoto da-  
tæ. Is egregiam Lugdunensibus per  
id tempus, ceterisque Gallix oppidis  
operam nauauit.

1559.

Chamberense Collegium in Allo-  
brogū regione subalpina ab eodem  
L A Y N E coeptum. Emmanuel enim  
Philibertus Allobrogum regulus pa-  
ctis iam anno 1559. Catholicum inter  
& Christianissimum Reges fcederi-  
bus, in integrum restitutus, nihil du-  
xit antiquius, quam euocatis socijs,  
tanquam vigiles agri Dominici pa-  
stores, in statione excubantes collo-  
care, periculum enim proximum est  
à Ge-



à Gebennicis, qui in eo ipso agro degunt, vnde malum omne deprauatarum opinionum, in Galliã, omnemque ferè Europæ regionem propagatum dolemus.

*Collegiorum Turnonensis, & Billomensis motus. Paschasij mors.*

## CAP. V.

**M**agnos in Galliam fructus societatis Collegia adferre visa. Non fugiebat ea res sectarios, qui iuventutem optimis imbui vna cum litteris pietatis etiam moribus, æquo animo ferre, inuidia stimulati, non poterant. Armis itaque tum, & audacia superiores, Valentiam Cauarum vt ostendimus, proditione cœperant. Urbis Præfecto è fenestra suspeso, & Emundo Augerio, Turnonensis Collegij rectore in vincula compacto, ex templo Turnonij oppidi tertio inde lapide, Rhodano flumini impositi, domino, imperiose simul, & impie mandant, Missæ sacrificium in ditione sua fieri ne patere-

H 3 tur:



tur: Iesuitas quamprimum, si saluus  
esse vellet vrbe pelleret: ipsorum  
se partibus adiungeret. Ni pareret,  
exercitu misso, hostilia omnia expe-  
ctaret. Hic vt erat Catholicae amans  
fidei, accersito statim sociorum Pro-  
rectore, quid facto opus illis malis,  
tantaq; haereticorum insolentia qua-  
rit. Ille ad socios quatuor, & vigin-  
ti domi rem deferendam ait. Hic  
vno omnes ore mortem potius ap-  
petendam, pro religione maiorum  
respondent, quam fuga turpi, haere-  
ticorum furori cedendum. Laudat  
constantem sociorum animum Princeps,  
verum vt ad maiora se referuent,  
quae illa tempora erant, hortatur.  
Viderent itaque etiam atque etiam  
ne sua causa Turnonensibus Catho-  
licis, & ditioni, interitum adferrent:  
viderent item, qua superbia, ac ra-  
bie hostes impune grassarentur. Sibi  
quidem temporari, & furori cedendum  
videri. Socij contra mortem rebus  
omnibus anteponere, atque exopta-  
re: domino tamen, qui euocasset,  
aluissetque liberaliter, repugnare se  
nolle



nolle affirmant; modo chirographo testaretur, iussos illos, atque inuitos cedere; non mortis metu fugere. Ea ipsa diei hora, digressis magno ciuium luctu socijs, irrumpunt sectarij: Cruces Christi, vt solent, ad terram affligunt, Diuorum imagines templis exturbant, templa profanant. Discipulis ferè mille relictis, studia litterarum iacuerunt, Collegium occupant, nihil tamen vt suppellectilis attigerint, aut violarint: nimirum Deo ita iubente, vt sartam tectam domum breui, & quam in bonis haberent suppellectilem vniuersam nostri reciperent. Qui interea dum pelago hyem illa desæuaret, in Billioniense Collegium Aruernorum se recipiunt: quaterni ferè per medias hostium acies, sine periculo profecti. verùm ne hic quidem diututi fuerunt: nam & Aruernorum in prouinciam nubes illa belli intestini incubuit, Hæretici socios domo exigunt, quod sacris ritè operarentur, & iuuentutem recte erudirent: magna sanè incolarum mœstitia, di-

H 4      icipu-



scipulorumq; , amplius mille, & c. c. luctu, ac squalore. Post non diu placitum Deo, cui cordi Ecclesia est, hortantibus socijs animum pijs adhuc languentibus addere. Aruerni, & caussæ, & pristinae virtutis memores, armis sumptis, omni ditione perduelles exactos profligant: pacem Reipubl. & otium Ecclesiae tranquillitatemque constituunt. Per idem tempus Lutetiæ peste interijt Paschasius Broetus, domo Picardus: Franciæ tum prouinciæ socijs præfectus; vnus è decem primis, qui se ad Ignatium Loyolam adiunxerunt, & in stabilienda societate consors, singulari vir pietate, morum candore, & prudenti simplicitate præditus: quibus artibus omnes ad sui amorem facile alliciebat. Missus hic olim à Paulo III. Pontif. anno (opinor) 1541. vna cum Alfonso Salmerone in Hiberniam, finitimam Britanniae insulam; vt nuncius Apostolicus. Multa ibi aduersa pertulit. Tandem Henrici VIII. qui tunc rerum nouarum studio, seque, remque publicam, &

reli-

1541.



religionem in Britannia pessum dedit, insidijs petitus, Pontifice etiam euocante cessit, Lutetiam venit: inde Lugdunum pedes, tenui, ac pæne nullo viatico. Hic cum comite Hispano capitur, quod castra explorare dicerentur, instaurato rursus bello, Gallos inter, & Hispanos: Post, cognito societatis esse sacerdotes innocentia tuti, vinculis emissi, honorifice viatico adiuti, munificentia Turnonij Cardinalis Romam redeunt. Inde Collegia, cum imperio Præpositi, pedibus longo intervallo diffusa, obibat hilariter: inopiæ apprime studiosus, & modestiæ; sui que contemptor, egregius; quibus etiam artibus bonis, Gallis ciuibus suis præluxit, exemplo que fuit. In lacrimis hic ferens, quæ post alij vberis messe collegerunt.

*Nicolaus Gaudanus in Scotiam à  
Pontifice Nuncius mit-  
titur.*

CAP. VI.

H s Galli.



Gallici tumultus alijs etiam  
 provincijs, vt solet, turbas de-  
 derunt, in his etiam Scotiae regno;  
 quæ & ipsa insula Britannia Septen-  
 trionem versus adiacet; Sæctarij e-  
 nim sacra hic omnia de more profa-  
 nabant; Regum auctoritate diminu-  
 ta, ad se iura omnia per fas, nefasque  
 rapuerant. Missus itaque è societate  
 Pontificis iussu, Mariæ Reginae con-  
 firmandæ, pijsque solandis Doctor  
 Nicolaus Gaudanus, Barauus gente,  
 Theologus pius iuxta, ac doctus, A-  
 postolici Nunciij nomine. Maria e-  
 nim, Francisco secunde Galliarum  
 Rege coniuge, in ipso ætatis flore an-  
 te diem extincto, anno 1561. in hæ-  
 reditarium Scotiae regnum reuertit,  
 sed tumultu, factionibus, ac seditio-  
 nibus, hæreticorum opera, nimis  
 turbatum: nullus vt Regum, Prin-  
 cipumue respectus esset, Regia au-  
 ctoritas, vel eo nomine quod Catho-  
 licorum fidem amplexa retineret,  
 decesserat, & pœne exoleuerat. Tan-  
 tum enim abfuit, vt quæ votorum  
 summa

1561.



summa erat antiquam insulanis Religionem redhibere matrona quiuerit, ut ne tuta quidem ab hæreticorum tyrannide, atq; infidijs vixerit. Cuius vicem, re cognita, miseratus Pötifex verè Pius. cõmunis omnium communi in vrbe parens, in aduersis rebus, vltimisq; in terra finibus quando aliud nihil posset, ut tempora erant peracerba, optimam Reginam solandam, confirmandamq; censuit, sociorum opera. Si enim Præsulem, publicamq; personam mitteret, non ignorabat fraudi illi, damnoq; fore, nec admissuros, auditurosq; legatum Pontificium, tantum abest, ut dicto audientes futuri essent, qui à Deo, fideq; turpiter descuerant. Delectus ad hanc Legationem clandestinam obeundam, è Sociorum corpore Nicolaus Gaudanus, prudens, rebusq; gerendis idoneus, ac pius comes additus, ut lingue in primis, & locorum gnarus, & claro illic loco natus Edmundus Hayus societatis iam Sacerdos, Le-  
 H 6 tham



tham mox secundo cursu, ventoque delati, qui Scotorū portus est: Commodum eodem Gulielmus Critonus appulerat, Scotus & ipse, & socijs nuper in Belgio clam aggregatus: negotiorum enim gratia in patriā traiecerat. Vix iam excensione in portum facta, rumor iam incerto auctore, de Gaudani aduentu prius increbuerat, quam ad Reginae aures accederet. Edixerant sectarij pro concione, præconum etiam Ministrorumque Satanæ voce, ut pestem, perniciemque sacrificuli, qui aduolasset, insulani fugerent. Deferenti nomen præmium magnum propositum; maius, qui viuum, vincitumque ad exquisita tormenta, necemque quaesitum sisteret. Tuto itaque sibi in aula esse non licere animaduertens Gaudanus, ad interiora Insulæ loca confugit, latendum dies aliquot ratus, apud Haij necessarios. Verum ne hic quidem periculi satis securus fuga se præripuit, stipatus Gulielmo Critonio qui & ipse emérito habitu, & linguæ,  
loco-



locorumq; peritus esset, ne sociorum  
 nostrorū esse in numero crederetur,  
 fallere, ac latere promptius poterat.  
 Tandem aliquando Reginam sine ar-  
 bitris salutādi potestas Gaudano fuit,  
 clam tamen hæreticis. Pontificiū hic  
 diploma obtulit, hortatur verbis il-  
 lius vt Catholicam fidem, & ipsa in  
 aduersis constāter retineret, & si pos-  
 set regno instauraret. Ei rei cœleste  
 præsidium pollicetur, & humanum.  
 Late legationem Regina accepit, gra-  
 tiaq; Pontifici egit, quod sui memo-  
 riam nō abiecisset. Virili ad hæc ani-  
 mo, & supra ætatem, sexumq; forti  
 Gaudano mandat, nuncius idem Pon-  
 tifici hæc referret: constanter se, Deo  
 bene iuuante, vt ad illā diem, reten-  
 turam religionem Catholicam Ro-  
 manam. Hæresibus vero, & reip. tu-  
 multibus, quæ mala extinguere, &  
 componere frustra tentasset, se de-  
 sententia non abductum iri: atque  
 adeo sperare, fore vt ijs magis, magis-  
 que confirmaretur; virtus enim in in-  
 firmitate perficitur. Addidit amplius  
 paratam se etiam mortem pro ea ipsa  
 religione



1587.

religione maiorum oppetere, quam vna cum nutricis lacte imbibisset, & vnam veram esse fidem, tutamq; salutis viam, aberrare cæteras, persuasum habere. De se itaque securo esse animo, communẽ Ecclesiæ parentem iubet. Tanta hæc vehementia virago dixit, vt Gaudanus merito admirabundus, ac pœne defixus obstupesceret. Eadem mox manu sua Pontifici datis ad eum literis, pollicita, etiam tum constantiæ signa dedit, quæ post re ipsa præstitit, cum anno 1587. barbara inmani, & post homines natos inaudita crudelitate, ab Isabella Anglorum Regina, amita, ob religionem maiorum defensam, carnificis Londinensis manu, proh dolor, iugulata Fodringaia in arce Martyrij palmam accepit. Episcopos quoque Gaudanus eodem astu, prudentiaque singulatim Pontificis verbis clam appellauit, Breuiaque ( vt vocant ) obtulit, quibus officij boni Pastoris, difficillimis illis temporibus admonerentur. Principibus item, & Dynastis, quos in religione maiorũ perseuera-

re con-



re cōstaret, auctor fuit, meminissent, qua de causa gladium portarent: puta pro Ecclesia, iustitiaq; tuēda, ostenderent cum res daret, constantes se militantis Ecclesie filios, Dei bella gerere velle. Mox mensibus aliquot ibi summo vitæ discrimine consumptis, cum spes nulla fructus reliqua esset, in Belgium Gaudanus reuertit, non minore, quam ingressus insulam erat, periculo; inuestigatibus sedulo sectarijs, ac ministris. Regina vero, instaurato iterum Tridenti Pij Quarti Pont. auspicijs Concilio, Patribus scripsit, quando, vt maxime pridē optarat, integrū sibi non esset, ab hereticis in regno oppressæ, Episcopos ad sacrosanctā synodum mittere, Legati vice functurū Carolū Cardinalē Lotharingiū, patruū suū: quæ pro se, ille spōderet, rata ea fore; seruaturā se religiose omnia, vt se dignum esset, quæ in Ecclesie Catholice sinu nata, atque educata creuisset. Ceterum socios nominis Iesu exinde sic dilexit, vt in custodia illa tetra, septemdecim, & sexcurrit, annorum, qua pia Regina indigne



indigne est habita, societatis sacerdotem consilijs semper adhibuerit, expurgandæ etiam conscientiæ, confessione criminum ante actæ vitæ, ad extremum vsq; vitæ spiritum. Hic in Gallia Belgicæ finibus, testis adhuc superstes est: qui ementiro sæculi habitu, vt tempora illa flagitabât, Quæstorî rationû Reginæ à secretis se fingebat quo tutior ad illam in vincula aditus pateret. Nunc ad Gallicas res redeamus.

*[Gallici tumultus res compositæ.]*

CAP. VII.

**H**AEC quidem tunc Gallicarum rerum facies miseranda, hi motus exstiterè, qui venti tametsi non omnino compositi; ( id enim optare citius licebat, quam sperare) mitigati tamen magnam partem L A Y N I S opera, vigilantiaq; . Eo enim res tum euaserat, vt perduelles publice minari pijs rapinam, incendia, necem denique auderent: obsistète nemine: quod quorum id maxime intererat, Magistratus remp. moderantes, provinciâsq;



uinciasq; administrantes satrapæ, ficta iam persona, religionisq; auitæ pertæsi, partim aere alieno oppressi, partim nouarum rerum studio ducti, hæreticorum clam factioni fauerent. Hinc illa reip. olim florentissimæ labe, hinc fundi calamitas orta donec Possiaco illo conuentu, atque colloquio, Carolus Lotharingus Cardinalis, singulari in Ecclesiam zelo, pius, atque disertus, doctorum Catholicorum nomine, Ministris Gebennicis ea proposuit argumentorū, rationumq; momenta, confirmandæ fidei maiorum, quæ refellere ipsi, tametsi rumpentur, & fremerent, nequaquam possent: sed vt solēt, ad conuicia, clamores, atq; blasphemias, veteres dæmonis artes, præstigiaq;, ne silere viderentur, confugerunt. Principes itaque pij, qui forte aderant sumptis cū animis, & armis, pactisq; inter se fœderibus, laboranti, atq; nutanti reip. & fidei maiorum, vti suppetias ferrent, è vestigio non ministris solum Sathanæ silētium Lutetiæ Parisiorum indicunt, ne virus illud pestilēs euomeret,



mere, ac disseminare pergerent; sed & Nauarræ Regina, (eo enim se nomine iactabat;) Condæo itē Principi, & Admirantio Colignio eiusq; fratribus, qui & à purpuratorum Patrum, atque adeo maiorum religione præuarcado, turpiter defecerant, Othoni Colignio Castellonio, & Andalotio, Parisiensi curia seuerè interdicunt. Hi enim auctores, & antesignani perduellium in Gallia intestini belli motus, nouarum rerum studio, concitarant. Id exemplum Prouinciæ, vrbesq; certatim sequébantur, vt tempestas illa in malaciam, tranquillitatemq; mox verterit: conuenticula fieri, nocturna præsertim, prohibita; Catholicis quietæ respub. const. tuta: sedi item Apostolicæ Romanæ reddi auctoritas cepit, poëne collapsa. Cardinalem enim Estensem, principio tantum, vt Gallici nominis studiosum comitijs adhibent: nunc vt legatum Pontificium agnoscunt, colunt, obseruant. Legatione itaq; frementibus licet hæreticis, ligando, soluendoq; ex diuino præcepto fungitur. Nulli adhæc Gallia: Episcopi



scopi Tridentū ad instaurandā syno-  
dum venturi, vt tempora erant, vide-  
bātur, nunc plurimi ductu, auspicijsq;  
Lotharingij Cardinalis, Antistites eo  
profecti. Non tamē vsquequaq; resti-  
tutā pacē, euerfamq; radicē malorū, iā  
tū LAYNE S augurabatur. Data enim  
ad amicum epistola, Deum flagella,  
imbri instar, copiose demittere, scri-  
psit: quæ solus ille, quando mortaliū  
irriti conatus essēt, tollere, cū liberet  
posset. Quod verū fuisse oraculū, cō-  
sequentium annorum euentus, nostra  
etiam memoria, declarauit.

*E. Gallia Tridentū, instaurata synodo ter-  
tium reuertit. CAP. VIII.*

**P**lus I V. Pont. Tridenti Cōcilium  
bellis ciuilibus intermissum Ec-  
clesiæ cōmodo instaurari iubet: Euo-  
catoq; ē Gallia per litteras LAYNE  
præsto esse imperat. Regibus ille cō-  
mitter consalutatis, a. d. v. i. id. Iunias  
anni 1562. Tridentum versus Belgis,  
Germaniaq; in viam se dedit: Functus  
interim parētis optimi officio, Iustrā  
dis sociorū Collegijs, qua iter habe-  
ret, & alloquijs, ad p̄fectæ vitæ normā  
impel-

1562.



impellens. Collegia iactis pridē fundamentis ad tectum perducenda curat. Electores (vt vocant) Cęsarıs tres, qui cęlibem vitā ducunt, cęterosq; qui à religione maiorum non abhorrent, consilijs iuuıt, in retinenda fide Catholica, studijsq;e, quibus vera religio defenditur, fouendis concionatus non raro in augustis templis. Collegia quoq;e in Germania, quę mox recensēbo, constituta. Tridentū vt venit, magna Legatorum sedis Apostolicę voluntate, & Episcoporum studio, quorum alij auditum pridem admirabantur, alij audire auebant, gratus, expectatusq;e fuit. Disputari antea cęptum de rebus arduis, vt de Eucharistię sacramento, absente LAYNE, cuius sententiam, repetita pręlectione, audire exoptabant, quem vnum, multorum instar esse dicerent. De loco ambigi cęptum: non enim Pontificis maximi Theologo, duntaxat, vt antea, locus inter Episcopos erat, sed societatis iam Pręposito Generali, inter cęteros, mendicantium ordinum, Prępositos debebatur: Verum



rum quod in tanto hominum concursu, a trijque amplitudine, ex eo loco audiri commode non posset, quem libenter auscultarent, legati è regione assidere inter Episcopos L A Y N E M iubent, cumque sententiam de more dicturus esset, Theologorum suggestum, qui Conclavis mediū teneret, iussus ascendit. Tribus sæpe horis continenter, de re proposita, fideique controuersijs, via, ac ratione, firmis lateribus, acute, ac copiose disseruit, nullo audientium fastidio. Sin suo remansisset loco, qua erat modestia, assurgere Episcopi, propiusque accedere, & pedibus stare visi sunt. Detinebat enim auditorum animos, cum rei, de qua ageretur grauitas, tū dicentis venustas, ut à dicētis ore, ex quo melle dulcior fluebat oratio, pēderent omnes. Ex quo communi consensione, nata ea vox, L A Y N I S sententiam citra exceptionem, controuersiāque veram, certamque videri. Hæc de doctrina; nunc de moribus pauca. Duplex hic quoque L A Y N I S virtus enituit, cum humilitatis, tum

Con-



constantia, legatis enim iisdem visum, societatis preposito Generali, tamen tempore ceteris posterior esset, primum inter prepositos locum debere, tanquam Clericis, qui semper monachis anteponi solerent, molestum id iis visum, qui prescriptionis iure niterentur, & antiquitate antecederent. **L A Y N E S** in vidua declinandam, ne offendere alios Legati viderentur, etiam, atque etiam rogati, obtestanturque in illo concordiam conuentu, de loci praestantia, societatis causa, rixas, iurgia, contentionesque, pijs viris indignas, oriri ne paterentur: quousque se loco, vel in summo contentum, qui & humi pedibus omnium calcari non refugeret. Legati tamen suo iudicio nisi **L A Y N E M** in extremo pisciporum subsellio assidere iubent: postremo quoque loco inter ordinum prepositos sententiam dicere: hoc quidem, ne ceteris iniuriam familijs fecisse viderentur, cum societatis familia nuper orata, confirmataque esset, illud vero, ut socios in clericorum seu presbyterorum numero honorandos iudicaret. factum etiam in ea ipsa synodo decretum cum clerico-



clericorum societatis Iesu honorificam mentione in hac v. b. *Sancta synodus non intendit aliquid innovare, aut prohibere, quin religio clericorum societatis Iesu, iuxta pium eorum institutum, à sancta Sede Apostolica approbatum, Domino, & eius Ecclesiae inseruire possit.* Constantiæ vero LAYNIS hoc documentum habeo, ambiguum enim, & incertum, quæquæ aliter exponi posset, sententiam, tuentibus nonnullis, ijs assentiri ut vellet, impetrari ab eo nunquam potuit, licet omni ope, industriaque niterentur, ut vel vnus subscriberet LAYNES Paradoxa enim fugiebat, quæquæ de religione periculose diceretur. In Deum enim, utilitatemque Ecclesiae matris, respectum perpetuo habuit, nulla ut auctoritas, neque gratia, hominis vnquam frangere constantiam, potuerit, praesertim cum Dei, qui veritas ipsa est, defendendam causam suscepisset, vsus vero Tridēti familiarissimus est Hercule Gonzaga, vno tum ex legatis synodi, excellenti prudentia, & auctoritate praedito. Hic cum antea alieniore

Sess. 15.  
cap. 16.



niore à LAYNE animo fuisset, fide  
habita, confictis maleuolorum calū-  
nijs, post comperta LAYNIS inno-  
centia, atque integritate, vsq; eo il-  
lum amauit, cōplexusq; est, vt postri-  
die Kalendas Martias, anni insequen-  
tis, Tridenti decedens, testamento  
Mantuae socijs Collegium construi,  
æris parte attributa, mandarit.

*Societatis Collegia iterum con-  
dita.*

CAP. IX.

**T**RIDENTI LAYNES dum fidei  
controuersias disputando assi-  
due disceptat, nihil tamen de labore  
societatis administrandæ remisit. Bel-  
gio iter Tridentum, & Gallia faciens,  
Antuerpiam (quod emporium, Brā-  
bantia maximum est, ad Scaldim flu-  
men situm, nauibus commodum, por-  
tus mercibus, exterisq; gentibus præ-  
sens domicilium) socios misit LAY-  
NES, bono illius ciuitatis publico,  
mercatorum enim Hispanicæ præser-  
tim gentis, qui illic negotiantur. mu-  
nificen-



1579.

nificentia, ære ingenti coemptæ ædes,  
 vr̄bis in vmbilico augustissimæ. Inde  
 post hæreticorū, qui societatem mi-  
 rifice oderunt, factionibus, ac tumul-  
 tibus anno 1579. exilio solum vertere  
 coacti socij: dominantibus perduel-  
 libus, & sectarijs, ministris etiam do-  
 mum occupantibus. Anno deinceps  
 octauo postliminio reuersi, socij in  
 integrum restituti sunt, Philippi re-  
 gis Catholici auspicijs recepta vr̄be,  
 ductuq; Alexandri Farnesij Principis  
 Parmæ, fortissimi post hominum me-  
 moriam Imperatoris. Louaniense itē,  
 Tornacense, & Colouiese Collegia,  
 LAYNIS adiumento aucta. In Diui  
 Audomari fano extrui aliud coepit,  
 liberalitate pij, iuxta, ac docti viri Ge-  
 rardi Hamericourtij Abbatis sancti  
 Bertini. Cameracum quoq; (Samaro-  
 brino in agro situm id oppidum) so-  
 cij euocati, domusq; attributa, muni-  
 ficentia Archiepiscopi nobilis Maxi-  
 miliani à Bergis: cui negandum id of-  
 ficiū LAYNES publicè profutu-  
 rum non putauit.

Treuirensi, & Moguntino, in Rhe-  
 ni pro-



ni prouincia, Collegijs non modica facta accessio : additum & Spirense Collegium, qua in vrbe sedes est cōsiliij, atque Iudicij Cæsaris. Ferdinandus quoque Imperator, vere Catholicus, Caroli vt sanguine germanus, sic & morum pietatisque æmulus, cum duo iam Collegia socijs exædificasset, Viennense in Austria, & in Bohemix Regno Pragense : his non contentus, tertium in ditione Tirolensi, Oeniponti construendum, sua pecunia curauit, ædibus augustis à fundamento excitatis. Pridem enim societatis emolumentum, pius Princeps, tanquam ex arce speculatus, moribus, doctrinaque iuuari videns mirum in modum laborantem ibi Ecclesiam; hæreticorum item calumnias, & Sophismata dilui pietatem ad hæc, in qua sunt omnia, sociorum opera, iuuentutem Germanicam, vna cum litteris imbiberet, in hanc sententiam est ingressus; Dicere illud etiam solitum ferunt, vna iuuentutis recta institutione, reipub. salutem, & Ecclesix pacem contineri. Omitto Hispanix

Hi  
libr  
tem  
vigi  
ann  
nen  
sum  
nis  
soci  
luit  
care  
hom  
natis  
bant  
tibu  
pudi  
sum  
ctare  
cuici  
sente  
sarij  
cesse  
Auct  
te m  
ga,  
sonfi  
boni



Hispaniæ Collegia, quæ superiore  
 libro retulimus : creuere tamen ea  
 tempestate L A Y N I S industria,  
 vigilantiaque in immensum. Eo ipso  
 anno, altero, & sexagesimo, Trague-  
 nense in Boetica prouincia coeptum  
 sumptibus Francisci Palmæ, homi-  
 nis quidem priuati, sed locupletis, &  
 societatis studiosi. Hic vicem indo-  
 luit patriæ, literis, & pietatis studio  
 carentis, præsertim in agrestibus  
 hominibus, pagisque finitimis. Cog-  
 natis, qui hæreditati illius inhæ-  
 rant repugnantibus, liteque vexan-  
 tibus, socijs etiam conditionem re-  
 pudiantibus, quod in vulgus spar-  
 sum esset, bona ipsos aliorum affe-  
 ctare : constantia tamen Franciscus  
 euicit, ut & secundum illum lata  
 sententia, stare, & caderent aduer-  
 sarij : Socij tandem præcibus victi  
 cesserunt, officiaque illic exercent.  
 Aucta etiam post domus liberalita-  
 te matronæ nobilis Læonoræ Suni-  
 gæ, comitis Nieblæ : nec non Al-  
 fonsi Peresij Gazmani cognomento  
 boni, Ducis Methymnæ Sidoniæ:

1562.



quæ familia vt nobilitatis antiquitate præstat, ita & religione, singularique in societatem studio nulli concedit: Per idem tempus & Legionense inchoatum Collegium, patrimonio ciuis, qui societati se sponte addixerat: vnde ingès mæsis animorum, emolumentumq; publicum in omnem illum Rioryæ agrum redundauit. In Aragonensi Prouincia, Balearicum Collegium, in inſula quam Maioricam vulgo ( vt vicinam mole minorem, Minoricam ) appellant, frequentari cœpit, postulante societatis prebytero optime merito, Hieronymo Natali Baleari. Miſſi huc ſocij incredibile dictu eſt, quantum commodi in iulaniſ, cum pietatiſ ſtudio, aſidue concionando, tum iuuetute illa, optimæ indoliſ, litteriſ inſtituenda, attulerit. Ciueſ enim grati animi reſtificationem, quod nihil liberis parenteſ, ne lumina quidem, cariuſ habeant, ſocioſ ita ſuſpiciunt, at que honorant, vt ſupra nihil: & tanquã cœlo lapſoſ homineſ exiſtimant.

Nota



*Noua in societatem tempestas de Pontificis seminario excitata  
sedatur.*

## CAP. X.

**D**imisso iam Tridenti Patrum Concilio, Romam LAYNES, a. d. i v. idus Decembris cogitat anni 1563. Instratis interea Prouinciæ Italia, qua iter esset, sociorum familijs: hortatus omnes, ad seuerioris vitæ disciplinam, ex Ignatij præscriptis, religiose seruandam. Insequentis mox anni idibus Februarij Romæ grate à suis, exterisque acceptus, tranquilla cum essent omnia, ecce tibi tempestas subito, nec opinata emerfit, non sociorum vitio, sed aduersariorum calunnia. Cæterum hinc mali labes orta. Decretum Tridenti est diuinitus, vt Episcopi in suis quisq; sedibus seminaria, vt appellant, erigerent, in quibus familijs suo aere litteris, studijsq; excolerent magnæ spei adolescentes, qui post Ecclesiæ commodis seruirent, atq; ob angustæ rei familiaris tenuitatem, in studijs ætatem age-

1563.

1 3. senon



renon possent. Seminaria enim rei-  
pub. & Ecclesiæ iuventutem esse sa-  
pientissimi omnes omnium ætatum  
homines iudicarunt : à qua quidem  
ætate ducto exordio, vt corrupti ho-  
minum mores, ad pristinam Eccle-  
siæ disciplinam reuocentur; vna hæc  
idonea maxime ratio putabatur. Vi-  
sum itaque Pontifici vere Pio, sua  
interesse, vt qui legem approbando  
tulisset, eandem Romæ, æterna in vr-  
be, & orbis capite, primus seruaret,  
cæteris vt Episcopis præiret, facemq;  
præferret. Verum enim illud est Pla-  
tonis Philosophorum coryphæi do-  
gma, ad Principis, summiq; Magistra-  
tus exemplum componi alios solere.  
Dictum itaq; & factum, de ædibus iam  
conuenerat, cū ad purpuratorum Pa-  
trum senatus Pius retulit, ecquinam  
potissimum alumni præficerentur,  
quique doctores idonei adhiberentur.  
Ventum tandem omnium suffragijs in  
eam sententiã est, societati id munus,  
plenum & laboris, & fidei, esse man-  
dandum : quod vna cum litteris op-  
timis etiã pietatis morib. nostra ætate  
iuuen-



iuuentutē informarent. Acerbū id a-  
 sperumq; auditu accidit Romæ, ple-  
 risq; qui id officij quæstus potius gra-  
 tia, quam cōmodi publici, ambirent:  
 quiq; sua, non reipub. & Ecclesiæ emol-  
 lumenta captarent, hacq; via ad ho-  
 nores grassarentur. Socijs interim re-  
 rum, quæ agerentur, ignaris: quos alij  
 in administrādo præferri sibi mole-  
 ste ferrent: indignū rati, peregrinos,  
 & ignotos homines, vti iactabant, nu-  
 perq; in ciuitatē adscitos religiosu-  
 los ciuibus anteponi, vsu rerū, expe-  
 rimentisq; probatis. Auxit odiū quod  
 eo ipso tempore his, qui Pontificis au-  
 spicijs, auctoritateq; templa vrbis Ro-  
 mæ lustrarēt, comites, Pontificis, ius-  
 su, sacerdotes societatis additi sunt.  
 Quo in munere recte obeundo, qui  
 Censoria, (vt sæpe fit) damnatur nota,  
 iniuriā interpretatur: iracundiā præ-  
 mit, quæ tempore in odiū vertit: hinc  
 vindictæ oportunū tempus expectat.  
 Coelatū itaq; odium tandē aliquando  
 erumpit, & in socios virus euomit,  
 quasi odioso se ipsi muneri obtulissēt  
 qui coacti, Pontifici dicto audientes  
 I 4 parebant.



parebāt. Igitur rumores ea tempeſtate incertis auctoribus in vulgus diſſipati, ignominia pleni, imperitos enim rerum, indoctos, & barbaros ſocios appellabant. Plures etiam in Romano clero exiſtere doctrina præſtantes, rebusque gerendis idoneos. Horum potius habendam rationem, illos negligendos: Lætari interim ſocij minus quod ipſi ſerio defugerent, ambire alios, ac preſurare: quæ res ut bene urbi verteret, Deum venerando precati, conuitia, atque calumnias ſilentio melius refellunt. Explorata enim illorum, quos adeo aduerſarij commendarent, doctrina, & moribus, periculoque facto, compertum eſt erudientia iuuentuti, & moderanda, ineptus eſt. Factum itaque decretum Pontificis, Cardinaliumque in eam ſententiam, ſocij ut ſeminarium adminiſtrarent. Hoc etiam addito elogio: publici officij, fideique ſocietatis id munus deberi, tum priuatim LAYNI, qui nuper in Gallia, Concilioque Tridentino doctrinam, religionemque toti orbi teſtatam, ſedi Apoſtolicæ probaſſet.

Igitur



Igitur pridie Cal. Sextilis, quo die octauo ante anno, eo ipso in loco, ex hac vita in beatorum sedes societatis Princeps Ignatius comigrarat. Pius Pont. domum sociorum ingressus, ut suppellectilem, tenuem quidem illam, sed mundam spectaret, doctoresque audiret. Imperat onus illud feminarij administrandi ne detrectent: id è re Ecclesiæ Catholicæ futurum. Parent socij; mox patrono, Sabello Cardinali, Pontificis Legato, adscito: ea tamen lege, ut animorum, & disciplinarum, iuuentutisque instituendæ curam duntaxat gererent ipsi: rem vero familiarem tuendam mandarent alijs, ne quæstû socij inopiæ studiosi captare viderentur. His tantum abfuit ut animi placati fuerint, ut iniecto veluti oleo ignis, odia, seditio- nesque creuerint. Ausi iam audacius probra, atque infanda flagitia nunquam patrata, sed domi conficta, in socios iacere, præsertim in L A Y- N E M, innocentissimum virum, fe- nioresque sacerdotes. Famosos ad hæc libellos, schedasque non Romæ

I 5      solum,



solum, sed & per Italiae vrbes, & trans alpes spargere, litterasq; contumeliarum refertas disseminare applaudentibus haereticis; qui his atrociora mendacia adfingebant, quod societate quam pessime oderat, extincta, praeclearius secum actum iri confideret. Pius vero Pontifex re mature comperita, est vestigio, pro eo ac debuit, indoluit vehementer: remedium adhibuit: Cardinalium Collegio, cui Romanae urbis administranda cura incumbit, mandat, diligenter inquirat in sceleris auctores, & animaduertant, remanenter inuestiget, donec ad verum euadant. Auiti per viatores, & sistere se in iudicio iussi famosorum libellorum auctores. Testes ab his subornati, plerique perturbatione animi, infesta in socios voluntate: alij, quod ab illo vitae instituto foedè descuerant: caeteri, quod Germanico est Collegio, merito suo pulsi, iniuriam, ut ipsi interpretabantur, alta mente retinentes, excidere non paterentur: sed non mirum, calumniam Quæsitio-

ribus



ribus cito perspectam, dum pugnantia, testes, adferunt, seque ipsi, ut fit, refellunt (solet enim in auctoris caput malum recidere) societatis vero innocentiam, fidemque, factam testam, etiam ipsis tacentibus, publice constituisse. Gratulari itaque LAYNI sociisque Cardinales: ceterique bene in societatem animati. Calumniam, Tempestatisque auctor, Pontificis iussu, annuo censu exutus, vixit priuatus, à vinculis etiam poenaque, deprecantibus (quos læserat) sociis, liber. LAYNIS tum patientia, animique in aduersis constantia, enituit: aduersarios vero non modo non odio, sed & beneuolentia persecutus, gratiam illis habuit, & amauit quod exercitum se habuissent, probassentque. Plus enim commodi adferre inimici solent, tametsi nolint, ignorentque ipsi, dum quos lædere, ac præmere student, clariores bonis omnibus, illustrioresque reddunt. Pontifex Pius, non Romæ solum, omni que adeo Italia, silentiū æmulis indixisse cõtentus, trans alpes etiam, quo maledicentiæ



virus penetrarat, literas honoris plenas & amoris ad Caesarem Maximilianum dedit: quarum formula in manibus est, in eandemque sententiã ferre ad omnes Germaniã Principes, qui bene de religione sentirent, & Antifites: docet socios crimine vacare, quod iparsum in vulgus esset, dolere; calumniam ab æmulis confictam, tandem esse dilutam. Rogare itaq; & iubere, non solum susciperent socios libenter, sed etiam pro vetere in auitam religionem studio, vt antea in Domino amplecterentur, fouerent, ac prouerent, experti pridem re ipsa sociorum fidem, doctrinam, vtilitatem, ac vigilantiam, sic ille, Dei benignitate tempestatis globus disiectus, in tranquillitatem, ortiumque vertit, LAYNIS potissimum constantia, sociorum item patientia, precibusque ad Deum fuis, Pius deinde suam in socios beneuolentiam auxit: qui & ante ortam illam tempestatẽ Tusculi in æstiuis agens, accepto nuncio de Alberti Cardinalis Carpenfis ( qui societatis patrocinium

cini  
NE,  
nam  
mun  
set;  
essen  
tis se  
drum  
beat  
fisse  
accep  
Pet

D  
facin  
missi  
poti  
tute  
gnos  
mo,  
nis  
Luna  
tuer  
trus



ciniū viuens gesserat) presente LAYNE, socijsque deliberātibus, ecquifnam ex illo Collegio Patrum idem munus suscipere, aut velle, aut posset; subiecit Pontifex, securo animo essent, non frustra sudarent, societatis se patronum fore: vt & Alexandrum quartum Pontificem, sodalium beati Francisci patrociniū olim gefisse Annalibus proditum memoriæ accepimus.

*Petri Venuſti è Societate in Sicilia cædes.*

## CAP. XI.

**D**VM hæc Romæ geruntur, apud Siculos per idem tempus atrox facinus in societatis sacerdotem commissum, cædesque illata, quam eo potissimum consilio referam, vt virtutem vbi que inuisam esse, quiuis agnoscat. Biuonę non procul Panormo, Collegium socijs Isabella, Ioannis Vegæ clarissimi viri filia, & Petri Lunæ eius ditionis Ducis vxor cõstituerat, regebat id temporis socios Petrus Venuſtus, Italus. Hic morum facilitate,

1564.



cilitate, pietatisque studijs omnium  
 incolarum animos facile sibi adiun-  
 xerat, vt parentis eum loco duce-  
 rent. Saluos omnes, quibus vteretur fami-  
 liariter, cupiebat: in his & sacerdos  
 quidam, honesto ciue Bivonæ natus, de  
 quo bene meritus Venustus erat. At  
 pellicis ille impudicis amoribus vsq;  
 eo irretitus viuebat, vt existimatio-  
 nis, salutisq; adeo iacturam posthabe-  
 ret, offendiculo ceteris esset. Hunc  
 ad frugem, continentiamq; traduce-  
 re, hortando, rogando frustra Venustus  
 tentarat: surdo enim fabulam narra-  
 re visus, vt fit, dum inueterauit vitiū,  
 callumque peccans obduxit. Queri-  
 iam ab officiorum magistro Episcopi  
 auctoritate, & inquiri in se, moresq;  
 suos inaudierat: ratus, quod contra-  
 erat, accusatū se à Venusto religioso  
 viro, necem illi, qui vitā adferre stu-  
 deret, serio cogitat: perturbatus enim  
 animus, ac furens, & libidine præcep-  
 tus datum, verumque videre non  
 potest. Igitur insidias comparat, tem-  
 pus cædi opportunum captat. Ex ante  
 diem 14. kal. Nouemb. anni 1564. dum

1564.

ruri



ruri valetudinis gratia domum fessus  
 redit Petrus, horarum preces è libel-  
 lo recitans, propter viam latentem  
 in dumis, qui eadem cogitabat, facer-  
 dotem conspicatus, comiter salutat.  
 Ille odio medici, vt amentes solent,  
 furens, nec opinatè à tergo aggres-  
 sus capiti fulcato ense ter vulnus in-  
 fligit, affligitque seminecem ad terram:  
 vt in sanguine naras, Iesu nomen dul-  
 ce inuocavit assidue: in pedes inter-  
 ea sicarius se dedit, viatores, & è vici-  
 nis locis agrestes occurrunt, domum  
 agnitum portant: rogant, nosset ne per-  
 cussorem? annuit ille. Nomen verò  
 interrogatus proderè noluit: Christi  
 non immemor, qui pro necis auctori-  
 bus Patrem, animam agens est depre-  
 catus. Idem idè & illud repetijt venu-  
 stus: *Sinite abire: Dominus illi ignoscat.*  
 Et pro illo precibus fuis Deo spiritum  
 reddidit: sacris eo die, vt quotidie so-  
 leret operat<sup>o</sup>. Pridie ei<sup>o</sup> diei, festo D.  
 Luc. die, ad socios verba facies Christi.  
 illa apud Lucam, quasi mortem præfagiens  
 explanarat: *Ecce ego mitto vos, sicut agnos  
 inter lupos.* Idem paucis ante diebus soci-  
 orum



orum in cœtu, singulatim interrogans, quo quisq; mortis genere martyrij coronam Deo bene iuuâte, consequi vellet, sententiæ ad se dicendæ ordine delat: Si ad summum, inquit, Dei benignitate, laureola decus aspirare queã, equidẽ capite plecti sanctissimorũ virorũ, Baptista, & Pauli, vestigijs insistens, vehementer exoptem: augurãs, quod euenit, fore vt vulnere accepto secundum caput occumberet. Natus autem in extremis Cisalpinæ Italorum Gallia oris, non procul Heluetiorum, Rhetorumq; finibus. Annum ætatis tertium, & vigesimum societati sese, salutis quærendæ, adiunxit. Romæ æterna, sancta que in vi be, prima pietatis tirocinia posuit, anno (opinor) salutis 1546. Hinc Patavium ad vberiore ingenij cultum à Moderatoribus missus, licet mediocri ingenio esset, labore tamen, constantia que non mediocriter profecit: vtrouque certè hominis pietas, atque obedientia enituit. In Siciliam prouinciam tertio post anno missus; quo

Panor-



Panormitanum sociorū Collegium, ductu Petri Ribadeneyræ, cum cæteris constitueret: forte illi obuenit, pueros prima Latinæ linguæ rudimentâ docēdi munus; quod ea modestia, suiq̄ contemptu gessit, ut hoc unū, pueros ad Christum manu docendos esse, cœliq̄ue amorem teneræ ætati inferendum, propositum, præterea nihil, habuisse videretur. Aberat enim procul à fastu, inanisque glorię studio. De hinc aures vitæ noxas confitentibus assiduè dedit, & concionibus, morumq̄; suauitate Christo pleriq̄ue lucrifecit. Socijs deinde tiro-nibus in Sicilia Præfectus, facilitatem grauitate sic temperauit, ut quod per difficultè putatur, sit consecutus, ut amoris simul, & venerationi esset. Panormi Deo sacratarum virginum gynæceum à veteri continentię disciplina hominum vitio mirificè degenerarat, seimonemq̄; ciuibus dederat. Archiepiscopus itaque, & Ioānes Vega, qui pro Rege eam insulam administrabat, cœnobium instaurari sociorum opera, ut castæ ibi, nobilesque

que



que virgines liberaliter educarētur, exoptabat. Ei muneri Petrus Venu-  
 stus sacerdos præficitur: quod ea fide,  
 industria, diligentiaque obiuit, vt ad  
 frugē reuocatis alijs, alijs loco pulsīs  
 nouā veluti virginum Coloniam de-  
 duxerit: hodieque domus optime au-  
 diens seueræ disciplinæ specimen ce-  
 teris præbeat. His experimentis diū,  
 multumque probatus, Birionensi Col-  
 legio à LA YNE Rector datus, socijs  
 exēplo pietatis præiuit, externos re, cō-  
 silioque, quoad vixit, iuuit: vt ab omni-  
 bus ex æquo parētis loco duceretur,  
 extra vnum illum percussorem, qui  
 amens libidine, vt ante dixit, præci-  
 pitauit. Declarauit hoc communis  
 populi luctus, atque mœstitia in fu-  
 nere; elatus enim honorificè ciuium  
 frequenti, & Monachorum conuētu:  
 exequijs in æde summa decoratus:  
 condere ibidem, humoque manda-  
 re corpus cuncti exoptabant, reti-  
 nentibus socijs, qui domestico sepul-  
 cro intulerunt. Incolis persuasum  
 erat, fore, vt atroci casu deterriti so-  
 cij alio migrarent: at vbi patientia  
 simul,

simul  
 spect  
 erga  
 humi  
 deinc  
 res. N

C

G

gusta  
 storin  
 ologo  
 milia  
 uij, (c  
 qui ta  
 retico  
 multa  
 pauco  
 itaqu  
 Socio  
 attrib  
 1563.  
 iuuen  
 fidei



simul, & māsuetudo nostrorum per-  
specta, non mediocris ad pristinum  
erga socios amorē facta accessio est:  
humusque sanguine tincta, fructus  
deinceps animorum extulit vberio-  
res. Nunc ad LAYNEM redeamus.

*Collegijs iterum aucta Societas.*

CAP. XII.

**G**ymnasium Dilingæ inchoarat  
Otho Truchsius Cardinalis Au-  
gustanus, vt supra demonstratum, au-  
toritatem, consiliumque; secutus The-  
ologorum insignium Petri Soto, è fa-  
milia D. Dominici, & Martini Ola-  
uij, (qui post societati adscriptus est)  
qui tanquam paries obijceretur, hæ-  
reticorum nascenti furori. Verum vt  
multa in res humanas incurrunt, ad  
paucos Gymnasium recidit: visum  
itaque optimum factum Cardinalis  
Socios in vacua vocare, Collegiumque;  
attribuere, hoc ipso tempore, anni  
1563. vt & suos ibi Germanorumque  
iuuentutem optimis, & moribus, &  
fidei doctrina cum litteris, ac disci-  
plinis

1563



plinis informarent. Apud Sarmatas quoque, qui Poloni hodie nominantur, in ipsis Boreæ terris frigore damnatis, Stanislaus Hofius, vir ob singularem sapientiam, eloquentiamque cum pietatis studio coniunctam ex Varmiensi Episcopo Romanæ Ecclesiæ Cardinalis creatus, per hæc tempora Tridentino Concilio nõ solum interfuit, sed & Pij quarti Pontificis nomine præfuit. Is captus LAYNIS & Salmeronis sociorum ingenti studio, ob perspectam Tridentina in Synodo singularem vtriusque doctrinam; dimisso conventu, domum reuersus, in sequenti anno nihil duxit antiquius, quam vt Bransbergæ, (quæ vrbs Prussiæ prouinciæ, Poloniæ Regi addictæ, Varmiensis est diocesis) Collegium socijs institueret: ratus quod erat tuendæ religionis auitæ apud Prussios, necessarium esse piam iuuentutis institutionem. Eo ipso quarto, & sexagesimo anno, Roma socij, tanquam in coloniam Mediolanum profecti, à Carolo Borromeo, innoctissimæ vitæ Cardinali euocari, cõ-

dito



dito Collegio. Ad Diuum Fidelem  
 morati primū socij, quod Collegium  
 tunc in professorum domum vertit,  
 cum Bredanum cœnobium collegæ  
 nostri occuparunt, quod Humiliato-  
 rum, vt vocant, domicilium olim fu-  
 erat: quam quidem familiam non ita  
 multo post, vt religiosæ disciplinæ  
 minus obseruātem, Pontifex sanctis-  
 simus Pius V. ad paucos iam redactā  
 aboleuit. Deinde ante diem V. Idus  
 Octobris, Parmam item ex vrbe Ro-  
 ma missi socij, Octauij Farnesij Ducis  
 voluntate, exædificato Collegio, so-  
 cijque humaniter habitis: quæ laus,  
 & adorea propria pœne ac singula-  
 ris Farnesix familiæ semper fuit. An-  
 tea, kalend. Octob. in magnam Græ-  
 ciam, quæ hodie Calabria est, Cata-  
 cense in oppidum Roma itidem pro-  
 fecti socij, ex ærario publico educati  
 ad obeunda, quæ nuper incolæ as-  
 pexerant, societatis officia. Per idem  
 tempus, & in ea ipsa Calabria pro-  
 uincia Rhegij Collegium cœpit: an-  
 tiquum item socijs templum B. Gre-  
 gorij peridoneo vrbis loco situm, at-  
 tributum,



tributum, idque reipubl. commo-  
 cum antea è S. Agathæ vico proximo  
 (quem hæretica labes, pestisque in-  
 fecerat) deprauatæ ibi opiniones dis-  
 seminari cœpissent: quod cõtadium,  
 ne latius serperet, subito tollendum  
 Magistratus iudicauit. Sicilia tamen  
 sociorũ prouinciæ idem attributum  
 Collegium, quod Neapoli longius,  
 propius verò Messana abesset, freto  
 duntaxat interiecto, & phaco; vt à  
 Præpositis prouincialibus lustrari,  
 obiri que oportune posset. Transeo  
 nunc ad Hispaniam. Gadibus, que In-  
 sula Boeticæ obiacet, focijs alimeta,  
 ædes que assignata, magno cleri stu-  
 dio, & insulanorum; qui ceteras pri-  
 dem religiosorum hominum fami-  
 lias repudiaffent. Missi in eã vineam  
 Didacus Lopez, & Gregorius Mata  
 sacerdotes: gnauiter vterq; quã con-  
 cionando, quã hortando, erudiendo-  
 que pueros Catechesim elaborarunt.  
 Didacus focijs eodem deductis pri-  
 mus cum imperio præfuit, post &  
 Mexicanum Indiarum Collegiũ te-  
 nens, mortem obiit. In Calaritanum

Sardinie

Sardin  
focij  
Octob  
trum  
ostencFR  
qu  
tate  
tumqu  
malis  
conci  
ius fo  
cietat  
dis, p  
post  
cum i  
que lo  
uanda  
flagra  
litem  
meret  
bi gr



Sardiniae insulae Collegium Roma  
 socij eo ipso anno missi a. d. 12 kalen.  
 Octobris, quò primo profectum Pe-  
 trum Spirgam Calaritanum supra *lib. 2. c. 6.*  
 ostendimus.

*LAYNIS morbus, & obitus.*

CAP. XIII.

**F**Ractus tandem magnis, varijs-  
 que laboribus LAYNES, &  
 etate fessus, in morbum grauem, len-  
 tumque incidit, recrudescentibus  
 malis, quæ tot itineribus, studiorum,  
 concionumque pertinaci labore, cu-  
 ius sollicitudine administrandæ so-  
 cietatis, publicis que negotijs obeun-  
 dis, pridem contraxerat. Recreatus  
 post meliuscule habere coeperat,  
 cum iterum concionari, superiorem-  
 que locum ascendere tentat: adeò iu-  
 uandæ Ecclesiæ Catholicæ desiderio  
 flagrabat: vt tanquam gnauum mi-  
 litem, mors pugnantemque oppri-  
 meret. Inualuit iterum vis mor-  
 bi grauior. Inaudierat tum forte  
 pro



pro incolumitate sua, vitaque producenda, non domi solum, sed publice etiam vota concepta, supplicationesque ad templa Sanctorum indictas, peregrinationes etiam religionis gratia ab ijs susceptas, qui illius studiosissimi, saluum, superstitemque velent. Indoluit hoc nuncio LAYNES

*Phil. 1.*

quod dissolui, cum Paulo, corporis vinculis eque custodia abire vehementer optaret: ut quem mortali in vita in speculo tantum, & ænigmate vidisset, facie ad faciem aliquando cerneat, ubi beati æuo fruatur sempiterno. Quare identidem illud usurpabat: *Vt quid ego adhuc terram*

*Luc. 13.*

*occupo?* Societati enim se iam inutilem, minusque frugi seruum appellans, alteri locum, qui munus id obiret felicius concedendum. Postquam indies dolores, febremque, sine spe salutis augeri videt, nihilque reliquum factum ad sanandum corpusculum; summam ad hæc curam diligentiamque socios in valetudine sua tuenda adhibuisse, consulendum sibi ratus, ante diem sextum decimum

kalend.



kalend. Februarij de ante actæ vitæ  
 erratis puriter confessus, cœlestem  
 Angelorū panem viatici nomine fe-  
 rio postulans, summa pietate, ac reli-  
 gione sumit. Postridie eius diei mis-  
 sis socijs societatem Pio I v. Pontif.  
 Max. qui eius iam patrociniū, vt di-  
 xi, libens, nolensque susceperat vita  
 decedēs, diligenter, pieq; cōmendat :  
 veniam quoq; ex animo peccatorum  
 postulat simul, & Apostolicam bene-  
 dictionem. Dein oleo sacro inungi  
 voluit, vt illo munitus sacramento  
 cum demone postremum luctaretur.  
 Hinc immortalitatis spe, æternæque  
 beatitudinis desiderio plenus, Deum  
 vitæ auctorē precatur, & amice com-  
 pellat, fuis etiam vberim lacrymis,  
 vt exsulem se tandem aliquando in  
 patriam reuocaret. Patientiæ tunc ea  
 documenta ægrotus dedit, vt quæ sa-  
 nus, valensque vitæ præcepta dedis-  
 set, ea ad extremum vsque vitæ diem  
 tenuisse satis ostenderit. Seniores so-  
 cietatis patres, qui assistere in quoti-  
 dianis deliberationibus soliti essent,  
 orant atque obsecrant, vt extrema

K

volun-



voluntate, quem ex omni numero vicariam societati operam dare vellet, nominaret. Renuit verò, facturumque se negat, siue modestia, qua virtute enituit, siue quod Ignatium Loyolam idē recusasse meminisset, seu utroq; adductus. Rogatus ab iisdem ut societati, sibi que benediceret, tendens in cœlum oculos, & manus, apertrem luminum rogat, ut qui societatis auctor esset, eamque stirpem, & vineam recēs ortam in Ecclesiæ horto plantasset, simul & rigasset, perque terrarum orbem longe, lateque propagasset, idem etiam misericordiæ bono diuinitus hodierno die benediceret tueretur in aduersis, & proueheret, ad maiora. Hinc sereno vultu ac placido, Crucis signo bene cunctis precatus, Patres, qui assistere de more solerent, sic appellat: *Vobis quoque Patres hanc ipsam societatem commendatam habetote Ambitionem in primis fugiendam censeo, ut & discordiã, animorumq; dissensionem: conjunctionis enim ciuilis pestes ea maxi-*



*sunt, eruntq; semper. Cauenda deinde nationū inter ipsas dissidia, & secessiōes. idē itaq; omnes, nullo habito in societate gentium diuersarum discrimine, sapiant in Domino.* His ferè verbis sui quēque officij admonēs, voce intercepta, respirādīq; vi impedita, silentiū tenuit. Notarunt curiosi ab illo Franciscum Borgiam, qui animam agenti astabat, fixis continenter oculis, adeo spectatum blande, atque hilariter, vt vel ea re societatem illi satis commendasse, muneriq; Præpositi generalis successurum illum augurari videretur. Biduum ferè amissa voce LAYNES iacuit: animo tamen in res diuinas intentus. Hora tandem noctis secunda, decimoquarto kalend. Februarij, anni 1565. vita hac mortali decessit tertio, & quinquagesimo ætatis anno: egregio socijs. dato morum, vitæque innocenter actæ exemplo, quod non mirentur solum, sed & imitētur posterī: Romāis verò ciuib. luctū, suiq; ingens desiderīū reliquit. Memorix proditum, auditumque ex Cardinalib<sup>9</sup>, multis retro annis, quot



Romæ transegerant, præstantis viri nullius perinde mortem dolori vrbi Romæ, atque L A Y N I S extitisse: quod vt summopere, dum viue- et, carus, acceptusque omnibus ille esset, sic & mors incredibilẽ omnibus mortitiam attulerit. Alexádrinus etiam Cardinalis, qui è familia D. Domini- ci post ad Pontificatum virtutis via emerfit, accepto de L A Y N I S mor- te nuncio, meritò lugendũ, Dei enim Ecclesiam eo die hasta, & scuto orba- tam videri, pleno ore prædicauit. Conditum corpus tunc est in æde an- gusta, veterique Professorum socie- tatis ad sinistrum altaris cornu, appo- situmque ad Ignatium Loyolam, qui ad dextrum sepultus iacebat: cum quo coniunctissime vixerat, & magi- stratum regendæ societatis proximè exceperat. Inde superiori tãdem an- no 1594. in nouum Farnesianum tem- plum ad dextrum aræ maximæ latus a Patribus societatis translatus est: v- bi cum Ignatio, & reliquis Præposi- tis generalibus futurę spe resurrecti- onis quiescit.

Exo-



*Exequia, iustaq; LAYNI etiam ab  
exteris persoluta.*

## CAP. XIV.

**N**Ec Romæ solum funus hono-  
rificè elatum, sed ad omnes o-  
mnium prouinciarū socios mors per-  
tinens flebilis fuit, quod communem  
parentem amissum dolerent. nec so-  
cios tantū dolor tangebatur, exteri etiā  
pro veteri quæ cum illo fuerat neces-  
situdine, luxerunt, exequiasque cura-  
runt. In his duo ceteris antecellere  
visi. Præsul alter, alter verò Marchio.  
Otho enim Truchsius Cardinalis, &  
Augustanus Episcop. Dilingæ, socijs  
attributo Collegio, acceptoque tristi  
de LAYNIS morte nuncio, eo se  
contulit è vestigio, vt consolationem  
socijs præsens afferret: paratæ item  
iustaq; persolueret, cum socijs in tri-  
clinio domestica frugalique mensa  
contentus accubuit. Postridie eius  
diei in templo cenotaphiū positum,  
non atra, pullaq; veste, sed purpurea  
regendum mandauit: quod gratulan-  
dum sito, morte obita, prædicaret, qui

K 3 his



his vitæ miserijs liber ad cœlū euo-  
lasset; nos contra deplorandos, qui  
in hoc exilio versamur existimabat:  
nostram quoq; fortem lugēdam, qui  
& parentem, & Ecclesiæ propugna-  
torem amissemus. Sacris hinc fune-  
ralibus ab eo solempni ritu peractis:  
surrexit mox orator, qui pro funere  
LAYNEM de more laudauit: Verū  
quod non omnia, tam angustis horæ  
spatijs complexus esset, subiecit Car-  
dinalis, duo, & quidem præcipua in  
Laynis laudatione prætermissa vide-  
ri, quæ silentio præterire, conscius  
ipse & familiaris, salua religione nō  
posset. In primis Cardinalis digni-  
tatem oblatam serio fugisse LAY-  
NEM, qua in re deprecanda, sua esset  
apud Paulum I V. Pontificem Max.  
opera vsus. quo iam fato functo il-  
lud accidit memorabile, duodecim  
suffragia Cardinalium, ad summum  
sacerdotem, nec opinantem, & ab-  
sentem LAYNEM tulisse: vocatū ea  
gratia se auctore in conclaue, fugaq;  
se proripuisse, ne, quod nollet, Ponti-  
fex renūciaretur. Deniq; floccifacere  
solitum,



solitum, hæreticorum oblatrantium  
calumnias, conuitia, & blasphemias,  
qua erat animi celsitudine, & Ecclesie  
zelo præditus. Alter verò Franciscus  
Mendozius, Marchio Almazanius,  
(quæ patria LAYNIS fuit) honestan-  
dum, & apud suos funus duxit, quod  
talem tantumq; ciuē patria amisisset.  
Vir erat præstanti iudicio, Philippi  
Catholici Regis nomine legatione  
annos aliquot apud Cæsarē functus,  
& Prætor Nauarræ, Senatusque regij  
Ordinum Præses: cenotaphium, &  
ille in ditionis suæ æde summa, atq;  
adeo in tumulo maiorum suorum ere-  
xit: accitis vndiq; sacerdotib<sup>9</sup>, & pijs  
viris, non secus, atque si ad illum di-  
tio pertineret, quod tali ciue meritò  
gloriaretur (Patriam enim ciuis, &  
contra ciuem patria illustrare con-  
suevit) propterea quod societatem  
LAYNES, quam singulari studio,  
beneuolentiaque complecteretur,  
illustrasset, Tridentinamq; Synodum  
præsens ornasset, omnemq; adeo ter-  
rarum orbem vitæ innocentia, inge-  
nio, doctrinaque impleffet.



*Corporis habitus, ingenium, atque  
doctrina.*

## CAP. XV.

**C**orpore mediocri fuit, pallida facie: vultu tamen hilari, & renidenti similis. Naso oblongo, & aquilino. Oculi grandes, clari, & mobiles, corpusculum non robustum, vt athletę, bene tamen compactũ. Pectus amplum, magnus item animus, qui ferè pufillo in corpore exiftere solet. Ingenium illi viuudum, ingēs, excellens, acre, vehemens, subtile, clarum, & firmũ. Res propositas, quę in dubiũ vocarentur, ciira animi meditationem, notiones sũe apprehẽdere ex tẽpore solitus. Legendi cupiditas, expleri non poterat; quo fiebat, vt libros integros breui in compendium redactos, memorię gratia, optima quęque in aduersaria referẽdo, transcriberet. Sic & artium omniũ liberalium scriptores exhauserat, nihil vt ignoraret, & quod disceret, deesset. Sacrarũ tamen litterarũ lectione potissimũ delectabatur, vt diuinam scripturam



pturam de manu nunquã deponeret, nisi forte rebus gerendis necessario auocaretur. Eos autem processus in studijs facisse, mirabatur omnes, cum & negotijs frequenter interpellaretur, quæ Ecclesiæ Catholicæ, Reipublicæ, & societatis nomine gessit; mutatis plerunque sedibus; & in Xenodochijs nostrorũ more versaretur. Nimirum Deus gratiam diuinitus, sapientiamque infuderat, vt citius, firmiusque disceret, simul & retineret. Itaque ferè comparatum, vt qui libris non proprijs religiosorũ hominum more vtantur, ij & legant omnia, & celerius apprehédant, atque retineant, quã qui domi, in bibliothecas se abeunt, libris confidunt, ignauiamque alunt; eius rei argumentum dedit LAYNES. Patauijenim Collegium sociorum administrans, intra paucos dies, licet concionibus, & confessionibus intentus, Alfonsi Tostati, volumẽ vnum de multis, non euoluit solum, sed & manu sua, via, & ratione adhibita in Epitomẽ redegit. Basenti item in oppido, verno dierum quadragin-



ta ieiunio, quotidiana abſtinentia, publicisq; cōcionibus, Conciliorum tomos omnes attēte euoluit. Sententias plerunque in aduerſaria referre ſolitus, quibus (vt Alfonſo Salmeroni ſodali ſuo reſpondiſſe accepimus) vel axiomata cōtinerentur hæreticis reſellendis: vel ijs, quæ contra obijci poſſent occurreretur: vel deniq; Canones Synodorū illuſtrarentur. Singularis verò doctrinæ ſpecimē dabat & concionando, & cum hæreticis diſputando, cōſultus item ſepenumero de controuerſijs ambiguis: tum verò maxime enituit, vt demonſtrauiſus in Synodo Tridentina. Puer etiā tum incredibili flagrabat ſapiētix ſtudio, quæ cupiditas cum ætate auxit, vt etiam adoleſcens eum à Deo, qui auctor eſt Sapiētix, precibus, Salomonis exemplo, poſtularet. Grandior natu eam adeptus eſt, ingenti eorum, qui illum audirent, potiffimum verò doctorum hominum admiratione. Ingenium eius cū vbique clareſcere, (potiffimum tamen, ſi quid nouum, difficilè, inauditumq; nec ab alijs



ab alijs pertractatum, in controuersiam vocaretur) tum maximè mentis aciem intendere, & quasi excitari videbatur: adedè eleganter, copiosè, atque disertè, quæ inuenisset disponere, eloqui, & acutè diiudicare solitus, vt cum alibi semper hisce artibus differendo, ceteros faciliè vinceret, hic se ipse etiam superaret. Neque in Scholarum quaestionibus duntaxat tractandis valuit LAYNES, sed in rebus etiam gerendis idem acumen adhibuit, iudiciumque attulit: siue cum Pontificibus, Principibus, Magistratibus, de rebus publicis ageret, siue consultando, sententijsque dicendis: præsertim Præpositus cum esset generalis: verum semper à falso discernens, & ad rem, quæ facerent, ostendens; & verum plerumque de rebus iudicium ferens. In deliberationibus verò ita excelluit, vt sententia ab illo, ordine & perspicuè pronuntiata, nullus amplius relictus fuerit dubitandi locus. Perspicuitas item, quæ Rhetorum filijs prima

K 6      dicendi



dicendi virtus est, tanta in LAYNE,  
 vt siue cum doctissimis hominib<sup>9</sup> in  
 veri inuestigatione differendo ver-  
 saretur; siue ad populum de supe-  
 riore loco verbum Dei concionan-  
 do explanaret; seu denique cum im-  
 perita plebe ageret, adeò dilucidè  
 sensa mentis efferre, sententiamque  
 dicere consueuerit, vt ab omnibus  
 ex æquo intelligeretur: quodque  
 perdifficilè semper est habitum, ver-  
 borum copia, ac methodo id con-  
 sequebatur, vt obscura clarè, abdi-  
 ta perspicuè, ignota intelligenter,  
 prisca noue, omnia denique venustè  
 proferret, oculisque veluti subiecta  
 repræsenteret: spinosa etiam, quæ  
 in Theologorum scholis, & hæreti-  
 corum controuersijs proponi solent,  
 sic omnem in partem perspicuè di-  
 sputabat, vt ab indoctis etiam intel-  
 ligeretur. Obscura, si quæ, vt fit, in  
 scriptoribus occurrerent, subito in-  
 tellecta, quasi à se excogitata, alijs  
 verbis clarius efferebat.

*Pro*



*Præstantium virtutum exempla.*

## CAP. XVI.

**Q**Vanquam vero Dei, naturæque beneficio, bonis hisce artibus præditus L A Y N E S, qui doctrina societatem, ut pietate Ignatius, vehementer illustravit, tamen & præcationi, meditationi quæ; pleraque accepta referebat. Oratione enim libenter cum Deo colloquebatur, medias inter negotiorum, quibus assidue distinebatur, molestias. Igitur siue privata, siue publica, siue sua, siue aliena res gereretur, siue adversa, siue secunda inciderent, precibus ad Deum, tanquam portum, sic ab Ignatio edoctus, confugiebat. Ut vero melius oratio absque animi evagatione procederet, se ipse in dies frequenter ad vnguem explorare. Cæteris, si quid deliquissent, ignoscere, sibi nunquam. Simplicitate morum, & candore præditis, & pietati deditis, libentius uti, colloqui, & fidere. Quin & asceticos (sic enim cum Basilio magno appellandos censeo) ad spiritus exercitationem libellos

**K 7** libentes



libenter manibus tractare, & legere, styli humilitatem minime fastidire, quod mores potius instruant, quam acutè conclusis argumentis mentem imbuant. His ad vitam moresq; formandos, suo, aliorumque commo-  
 ducibus utebatur. Licet verò ingenio esset præstanti iuxta, ac perspicuo, religione tamen, scrupulisq; aliquan-  
 diu agitated est, quæ mentem sed non ita diu, exercebant.

Cum vitia omnia à puero detestatus esset, tum vero libidinem maximè, corporisque voluptatem, ut malorum escam vitavit. Quo fiebat, ut adhuc puer depravatos & impuros sermones repudiaret. Vixisse ad extremum usque vitæ diem ferunt, Dei benignitate, summa continentia, & integritate. Incesserat forte adolescenti Religio, cum illa in templo recitari verba audisset: si quis vult post me venire, abneget semetipsum, & tollat crucem suam, & sequatur me: ecquæ nam crux, quam gestare iubeat Christus, cæteris esset grauior, venit in meum, coniugium

Matt. 16.

videri



videri: in quo vitæ genere multa in-  
 sint acerba, atque incommoda. Ani-  
 mum itaque ad vxoriam rem tum ap-  
 pulerat: verum cum ætate crescente  
 iudicio, puduit illum consilij, seque  
 postea irridebat. Corpus Spiritu,  
 rectæque rationi ita subiecerat, do-  
 mitasque animi perturbationes ha-  
 bebat, vt, si quando carnis illecebris  
 tentaretur, facilè Dei ope supera-  
 ret. Quare quod de Bonauentura  
 Alexander Alensis dixisse fertur in  
 Adam minime peccasse, idem penè  
 de L A Y N E affirmare liceat. Ro-  
 mæ viuens concionatus erat, fre-  
 quenti corona, admirationeque ho-  
 minum cum fornicationis spiritus  
 muliebri credo habitu L A Y N E M  
 adoritur, vt loco, castitateque de-  
 pellat. Muliercula enim, quæ cor-  
 pore quæstum faceret solum sine ar-  
 bitris procaciter libidinosæque com-  
 pellat: amorem quo illum depe-  
 riret, detegit, & verecundiæ semel  
 fines transgressa, lasciuit, blandi-  
 tur, delinimenta adhibet, rogat, ob-  
 testatur. Quem non hæc, quamuis  
 fortem,



fortem, deiiciant. At ille Deum virginitatis auctorem, matremq; eius in his malis inuocat. Obfirmato dehinc animo impudentiam reprehēdit, obiurgat, pudorem incutit, Deum respicere, mortisq; meminisse iubet. Sic victor è palæstra Deo bene iuuante discessit Petro Ribadeneyræ sacerdoti eadem post narrans, melius tutiusq; fore affirmat, si quis non dissimilis casus incideret, aures digito obturare, locumq; ex templo mutare, castimoniæ suæ diffidendo, ne blandæ illæ Sirenum voces, ad animum penetrantes incautum vulnerarent, vel in posterū, vt fit, foeda simulachra animo casto obijcerent. Hinc nimirū Paulum à cæteris quidem abstinere vitij, fugere verò fornicationem iussisse. Quippe alibi pugnando, & resistendo, hic fuga potissimum victoria paranti. Idem Iosephum, Thomam Aquinatem cæterosq; innumerabiles re ipsa præstitisse. Vincere se ipse solitus, flagellis sæpe verberare, sordida veste, attritaque delectari, quæ tegeret corpus, non ornaret. Inopia

imprimis



imprimis amans, ut loculos, crume-  
 nâque nunquam gestarit: nihil unquâ  
 obferatum (ne publicam quidem per-  
 sonâ sustinens) clausumve habuerit,  
 præter schedas arcanorum & officio-  
 rum. Cum professorum initio domus  
 rerum omnium, & librorum inopia  
 laboraret, Collegium frequenter ad-  
 iit: rogat utendos libros daret: portat  
 ingentia etiam volumina sub alis: co-  
 miti tametsi postulanti tradere de-  
 trectat, affirmans librorum, qui mul-  
 ta in dies doceant, pondus non oneri,  
 sed honori esse. Proposui temperan-  
 tiæ exempla, nunc fortitudinis, quæ  
 in aduersis tolerandis, honorumque  
 contemptu enituit, colligam. Excelso  
 illo animo res caducas contemnere,  
 infraque se ducere, pericula, mortemque  
 non metuere. Ulcera, vulneraque tam-  
 etsi inhumani spectaculi, curare non  
 defugit. Tempestates maritimo itine-  
 re, trepidantibus etiam fortibus, ni-  
 hil formidavit, summa qua erat ani-  
 mi fortitudine præditus. Noctu iter  
 faciens per medias prædonum, & hæ-  
 reticorum insidias, ut nudus viator  
 ambu-

ambu-



ambulabat. Nec minor in acerbis tollerandis constantia, siue pro fide maiorum, ac veritate niteretur; siue hæreticis responderet. Principum minis non terreri; promissis blandisque sermonibus non frangi; multo etiam minus à verò abduci se patiebatur, vt de Gallicis comitijs, & Tridentina synodo diximus. Eandem animi magnitudinem tenuit, cum Præpositus Generalis exortas in Societatem tempestates fortiter sustulit, constanterque superauit. In morbis quoque omnibus eius patientia eluxit; tum verò maximè, cum morti vicinus ad suggestum concionandi gratia ferri se iuberet; affirmans Christi militem in vita otium, ignauiamque, pestes animorum fugere, pugnantem verò & armatū occumbere oportere. Hanc animi celsitudinem Modestia, Humilitasque, verè Christiana virtus, excipiebat. Seipsum itaque probè cognitum habens, pro nihilo ducere, mendicare etiam libenter, stipemque precario petere; edere panis frustra: mendicis;

agro-



ægrotisq; in Xenodochijs ministrare;  
 munera, quæ despiciatui alij duceret,  
 hilariter obire. Italię prouinciã, cum  
 Præpositus administraret, tirones so-  
 cietatis, quos Christo ipse lucri fece-  
 rat, iter dum facerent, excalceare ve-  
 speris solitus, lectumque eisdem ster-  
 nere: ipse in sella amictus somnum  
 capere. Cum simplicibus, vt ostendi,  
 libenter colloqui, lectitareque id ge-  
 nus asceticos libellos consuevit.

Ab ambitione vsq; eo alienus fuit,  
 vt nihil supra. Decumbens enim sine  
 salutis spe; Ignatio recens extincto,  
 Vicarius rei ignarus delectus est:  
 Post etiam inuitus Præpositus Ge-  
 neralis renunciatus. Pridie eius diei  
 munus tergiuersando defugere, fla-  
 gellis se verberans, plorans, opem-  
 que implorans diuinam deprecaba-  
 tur prouinciam, plenam quidem ho-  
 noris, sed oneris maioris, ac laboris.  
 Triennio iam Societate administra-  
 ta, reque benè gesta, abdicare se ne-  
 quicquam studuit Magistratu, alte-  
 ri libentius locum cessurus: Verùm  
 euicit tandem Pij Quarti Pontifex  
 Max.



Max. auctoritas, ne abdicaret. Extra societatem dignitates quoq; cōstanter repudiauit. Balearium Episcopus dignitate illi cedere cupiebat, Pontificem rogans, ratum id esse vellet, Laynemque sibi, qui dignior eo munere esset, sufficeret. At recusauit ille honorem, imo & Pisanum Archiepiscopatum offerente Etruriæ Duce. Ne Cardinalium se Collegio Paulus I V. qui id serio agebat, adscriberet, quid non egit, dixit, tulit LAYNES? Quin & Pontifex ne crearetur, fuga quasi periculum declinauit, cum iam amplius duodecim Cardinalium suffragia tulisset. Modestia, animique demissio summa, quæ & morum facilitatem illi attulit, quam & grauitas, maturitasque condecabat, vt nescias a morine pluribus, an admirationi fuerit. Ad omnium se ingenia facile aptare, sermonemque prudenter temperare. Cum pietati deditis de rebus sacris, cum eruditis docta colloquia miscere: cum milite de re militari, cum fabris de re fabrilis agere, vt mox tamen de Deo sermo subijceretur.

Quo



Quo artificio plerofque Chrifto Pau-  
 li exemplo, qui omnia omnibus, fa- **1. Cor. 10.**  
 ctus est, lucri fecit. Ad hæc omnium  
 facile animos fibi deuinxit, atque re-  
 tinuit: cum & admirarentur finguli,  
 quali hifce artibus ætatē traduxiffet.  
 Quo fiebat vt & summæ scientiæ opi-  
 nionem collegerit, & collectam fer-  
 uarit. Quæ quidem morum facilitas,  
 illius erga alios amorem, vel potius  
 pietatem fic auxerat, vt omnibus ex  
 æquo prodesse, in aduerfis præfertim  
 opportune studeret. Cuius rei docu-  
 mentum hoc erit. Florentia Romam  
 proficifcenti, in vico fancti Caffiani  
 cognomento, octo paffuum millibus  
 fito, occurrit miles Hispanus, qui è bel-  
 lo Senenfi, criminis reus ad fuppliciū  
 trahebatur. Agnouit hominem L A Y-  
 N E S, quod olim aures confitenti de-  
 diffet: fiftere lictores iubet atq; expe-  
 ctare dum Florentiam ad Etruriæ Du-  
 cem Tabellarium mittat. Hic reuer-  
 fus militem liberum abire iubet, ma-  
 iorum imperijs. Lætus ille & gaudio  
 exiliens gratias agit quod orci fanci-  
 bus ereptus L A Y N I S opera effec-  
 tatus

MOX



mox ab eodem viatici parte dimittitur; reliquã enim Tabellario impenderat. Talis erga exteros acerbis in rebus; in domesticos verò maior eius beneuolenria exstitit. Hanc ipsam comitatem seueritate, cum res flagitaret, temperauit: in ijs præsertim hominibus, qui pacem quietemque & fratrum concordiam, disseminatis seditiosis vocibus, turbarent: qui que licet affines essent, non rectè officium facerent: cæteris vt exemplum daret, qui Societatem aliquando essent administraturi. Nationes sine discrimine dum vixit in domino amplexus: exteros etiam benignius accepit, quã re, quã verbo, admonens in societate nullum esse gentium nationumque delectum habendum: nihilque interesse, vt Paulus ait, Scythane an Barbarus, Gallusne an Germanus, Lusitanus an Hispanus esset. Tum enim beatam fore Societatis rempublic. dum omnibus anima vna & cor vnum, vt initio nascentis Ecclesiæ, adesset. Blande omnes excipere,

Colos. 3.

Act. 4.

qui



qui vel afflictæ fortuna ad illum con-  
 fugerent, vel facti pœnitentia ducti  
 de anteaactæ vitæ criminibus confi-  
 teri vellent: paterno item amore,  
 quomodo & resipiscentes, Deus acci-  
 pere olet. Duo potissimum homi-  
 num vitia detestari se prædicabat. Al-  
 terum eorum qui Simonis Magi labe  
 infecti, Christi patrimonium pretio *Act. 5.*  
 & emerent & venderent, pauperum  
 panem deuorarent, & sanguinem  
 haurirent. Hi quoties confessuri de  
 peccatis accederent, horrore concu-  
 ti affirmabat Alterum hæreticorum  
 vitium, qui falsa religionis specie  
 atque colore respub. Regnaque pes-  
 fundant, vrbes seditionibus euer-  
 tunt, pacemque & quietem turbant:  
 & quod his detestandum magis à  
 vera fidei salutisque via animos ab-  
 ducunt, errorumque laqueis, quibus  
 seipsi prius induerunt, alios captant.  
 Charitatis hæc LAYNIS argumen-  
 ta suppetunt. Publicis impeditus ne-  
 gotijs, de proximorum nihilomi-  
 nus salute satagebat conciones con-  
 fessio-



fessionesque assidue tractare, ut im-  
 peritum vulgus docendo in viam re-  
 duceret. Sæpe etiam corporis imbe-  
 cillitate sociorum manibus, morti  
 etiam tum vicinus, in suggestu elat-  
 tus. Italiam hisce officijs dum lustrat,  
 noctes sæpe diebus coniunxit, cibi  
 oblitus & somni, aiebat nullas esse  
 epularum lautitias, deliciasque cum  
 eo spectaculo, quod pijs peccator re-  
 sipiscens, erratique poenitens & flens,  
 afferre solet, comparandas. Ut enim  
 Christi cibus erat æterno parenti ob-  
 sequi, sic & hæc vere pios alunt, Deo  
 gloriam tribui, coli, atque adorari:  
 regnum Christi florere, Dæmonis ve-  
 rò extingui. Virginis Deiparæ perstu-  
 diosus vixit, sensitque opem non raro.  
 Tridentum iterum reuersus, cū febrim  
 laboraret quartana, agereturque à Co-  
 cilij Patribus de virginis conceptione,  
 sententiam dicturus de eius puri-  
 tate, qua omnis culpæ etiam originis  
 maculæ expers fuit: præfatus se ob-  
 valetudinem tribus dumtaxat verbis  
 acturum, locum alijs cessurum: vbi  
 dicendo incaluit, tres ipsas horas ex-  
 emit,



emit, vt ad extremum validius quàm initio dixisse videretur, quod virgini cuius res agebatur, acceptum retulit: effectumque illo auctore, vt in eam sententiam Patres ierint Sixti I I I I Pont. Max. hac ipsa de re decretum esse seruandum.

*Societatem mirificè auxit etiam  
Prouincijs.*

CAP. XVII.

**H**IS rebus ita gestis, efficitur proxime ab Ignatio L A Y N E M, vt tempore sic & meritis societatem vehementer ampliasset, confirmasset, & vitæ exemplo, re, consilio, doctrina, administrandique ratione exornasset, concionibus adhæc & disputationibus Italiam bonæ existimationis odore impleuisse: societatem denique recens natam in vulgus commendasse. Tridentina in synodo clarum veluti sidus emicuit Inopiæ verò studijs, & lacrymis ea tum semina sparsit, quæ nunc cum gaudio postumi socij fructuose colligunt. Certè Italiæ pleraque Collegia origines suas  
L hodieque



hodieq; & incrementa LAYNI ac-  
 cepta referunt. Apostolicæ Sedis pa-  
 trocinium, quo societate adhuc Pon-  
 tifices fouent, iuuantq; obnixè meri-  
 tis eius debetur, qui Sedis Pontificiæ  
 sic vicissim auctoritatem, tanquam  
 pro aris, & focis dimicans, ab hæreti-  
 corum calumnijs vindicauit. Idem  
 Cardinaliũ animos; & Episcoporum  
 socijs adiunxit, igitur Ignatius æquus  
 rerum æstimator de LAYNE nondũ  
 societatem gubernante, sic prædicare  
 solitus: nemini mortalium societate  
 amplius debituram quàm LAYNI:  
 proxime verò Francisco Xauerio: qui  
 primus Sociorum in Indiam Euange-  
 lium portauit; Post autem Præpositus  
 Generalis LAYNES, amplius socie-  
 tatem auxit, non domicilijs modo &  
 Collegijs, sed & quæ his constant,  
 Prouincijs. Italia enim in duas tunc  
 diuisa; Cisalpinæ Galliæ, seu Insubrũ,  
 & Etruriæ seu Romanæ. In Hispania  
 item duplex Prouincia facta: Castel-  
 læ veteris & nouæ, quæ Toletani re-  
 gni est. Gallia quoq; bipartito diuisa,  
 in Franciæ & Aquitaniæ Prouincias:  
 Belgica

Belgica  
 nam d  
 seposi  
 sum Ig  
 Proui  
 turam  
 nam, E  
 Neapo  
 Flandr  
 Orien  
 bore p  
 Aquita  
 cui nu  
 Prouin  
 rum)a  
 Et h  
 summa  
 Alfon  
 diorum  
 rum



Belgica item in Flandriam, & Rhena-  
nam diducta, Germania ab Austriaca  
seposita. Duodecim itaq; in vniuer-  
sum Ignatius Societati moriens ex se  
Prouincias reliquit, quas sic per Sa-  
turam recensebo: Lusitanã Castella-  
nam, Boeticam, Aragoniam, Italicã,  
Neapolitanam, Siculã, Germanicam,  
Flandricam, Gallicam, Brasiliam, &  
Orientis Indicam. His LAYNES la-  
bore partas quinq; adiecit, Toletanã,  
Aquitanicam, Rhenanã, & Etruscã,  
cui nunc longè lateq; patens Romana  
Prouincia (parens & caput reliqua-  
rum) adiungitur.

Et hæc quidem de LAYNIS vita  
summa fide dicenda comperi: quibus  
Alfonsi salmeronij vitam, quod stu-  
diorum peregrinationum, atq; labo-  
rum fidus illi comes fuerit, co-  
ronidis vice appen-  
dam.

L 2 LIBER